in pronunciationibus et sentencijs nostris
arbitrarijs in et de certis capitulis als
dictis partibus pntibus et petentibus
factis et promulgatis super infrascriptis
et alijs tunc suspensis articulis expresse in
diem hodiernam reservata, ac sub pena ad-
iecta et vallata contentaqz et approbata,
modo quoqz et forma expressis in dicto
compromisso solvenda, Invocato dei nomine
Arbitramur, pronunciamus, laudamus,
sentenciamus, dicimus, precipimus, et or-
dinamus, in hijsscriptis, ut sequitur in
hunc modum, Visis igitur et diligenter
inspectis riteqz recensitis omnibus et
singulis Magnificorum principum dicti
domini Joannis progenitorz ac ipius dni
Joannis Ducum Mazovie privilegijs lrisqz
aplicis predictis ecclie plocen et eius Epis
pro tempore ac clero et personis ecclesiaris
concessis atqz datis, ac Juribus alijs per
dictum dominum Jacobum Episcopum Caplm
qz et clerum suos coram nob exhibitis.

et productis, Ipsisq̃ et exceptionibus cont̃
ca pro parte dicti domini Joannis Ducis
oppositis diligenter discussis, maturaq̃
super eis deliberatione prehabita ac de
Jurisperitorum consilio quibus super hijs
relacõm plenariam fecimus et fidelem
pronunciamus, sñiamus, decernimus, lau-
damus, dicimus, et prout supra precipi-
mus et arbitramur, prefatam eccl̃iam
Plocen̄, necnõ personas eccl̃iacas supra-
dictas, possessionesq̃, villas, oppida et pre-
dia Epalia ac dictarum personarum in dictis
Ducatu et terris ac dominijs ubilibet
consisten̄ ac homines ascripticios et libe-
ros in eisdem seperatim aut permixtim
habitan̄. Bonaq̃ et res ipsorum tam ex
dictorum privilegiorum et lr̃arum devo-
ta et salubri munificencia et virtute q̃
etiam Juris beneficijs ab omnibus duca-
libus secularibus et laicalibus ac ipius
domini Joannis et suorum heredum et successorum
Ducum Mazonie personali et prediali necnõ
solucionibus, exactionibus angarijs preanga-
rijs et oppressionibus ac stacionibus et ex

actionibus pensarum procurationibus
et pactionibus fore et esse sancte et iu:
ste liberata, soluta, et exempta, liberta:
tos, solutos et exemptos, ipisq; libertate
immunitate et exemptione plene et perpe:
tuo gaudere, Et per prefatum dominum Jo:
hannem et successores suos duces conser:
uare debere. Quodq; ipse dominus Johannes
heres et successores sui et quecumq; alie
seculares persone in dictis villis possessionibus
oppidis predijs hominibus bonis et rebus cont
hmoi immunitatem et libertatem et Canonicas
sanctiones predictas solutiones, exactiones,
Angarias preangarias et alia quecumq;
grauamina quocumq; nomine censeantur
ponere, stationesq; facere ac procurationes
et pactiones expensarum quocumq; titulo
colore vel ingenio seu pretextu expetere et
exigere, cum salutis animarum Judicant pe:
riculum non debeat, Saluo tamen eo, quod cum
ipos dominum Joannem ducem et successores
suos ex causis ltimis, et pro necessitatibus
eorum per et iuxta dicta predia et possessiones
episcopales ire et itinerare contigerit, domi:
ciliaq; seu bona sua ducalia aut aliarum psonarum

secularium vbi deceret colligi possent.
attingere retardati comode non poterint,
extunc licebit eis inibi hospitandis ex
necessitate tantum et non ad libitum
voluntatis sue curias Episcopales in
quibus ipsi Episcopi comorari consueue:
runt ingredi. et in eis ita tamen quod
in hoc frequenciam hone onerosam non
obseruent nec inducant. et absque omni actione
oppressione. violencia. insultu. extorsione
molestacione. et nocumento. atque damno
pernoctare ac de alijs si que pro eorum hono:
rificencia et refectione. Equorumque ipsorum
pabulacione per dominum Epm plocen seu
factores et procuratores suos in eisdem
bonis et Curijs non ex debito. sed libere
ac liberaliter et de beneplacito iuxta fa:
cultates ibidem suppeten oblata fuerint
et donata gratuite debebit et debebunt
recipe et contentari alijsque auxilijs patro:
nis ab ecclijs fiendis de iure comuni
concessis manentibus ipis salius. Pronun:
ctiamus et arbitramur prout supra quod
dicte partes oia et singla per nos arbitrata
et smata. laudata. ut prefertur inuiolabiliter
et sub pena in dicto compromisso adiecta

et contenta modoq; et forma descriptis
soluanda debeant tenere custodire et fir:
miter obseruare. potestatem nob super
his et alijs oibus et singlis emergen incidēn
dependenq; ab eisdem iterū et pluries
arbitrand pronūctiand. declarand. di:
cend. condēnand. addend. minuend
expresse et prout melius possumus reser:
uan. In quorū omnium et singulorū
fidem et testimoniū pmissorū pntes nras
lras seu pns instrum hmoi smam et laud
ac pronunctiacōm nras arbitrarias in se
continen seu cōtinen per Joanne pubcn
norin infrascriptū subscribi et publicari
mādauimus sigillorū nrorū appen cōmunitas
lecta lata et inscriptis pronuncti:
ata est hec nostra sentencia et pronū:
ctiacio ac ordinacio arbitraria per
nos Albertum Episcopum Poznanien
superarbitrum assiden nob et volen
predictis dominis Daczbogio Canto:
re Vlrico preposito et Nicolao Ca:
nonico arbitris arbitratoribq et
amicabilibus compositoribus. in domo hono:
rabilis fratris Nicolaj prepositi eccle

1402

Parrochialis in vyschegrad plocen dioc.
Sub anno domi Millesimo Quadringentesimo
Scdo. Indicione decima pontus Sanctissimi
in Chro patris et domini nri domi Bonifa:
cij divina providencia Pape noni anno tre:
decimo die vicesima quinta mensis Junij
hora quasi vesperorum pntibus venlibus
et discretis viris dnis Andrea Laskary
Preposito et Joanne Scolastico Wladislavien
fratre Nicolao Preposito vyschegradien
fre Paulo lectore Casimirien Mathia in
Blandowo plebanis poznanien dioc eccarum
et Laurencio viccar et Altarista Lancicien
et alijs fidedignis testibus ad premissa. Et
ego Joannes Budconis de Czyechel clericus
Gneznen dioc publicus imperiali auctoritate
notarius quia predictis termini prorogaconi
translaconi. Sniecq et pronunciaconi arbitra:
riarum promulgaconi, alijsq premissis.
Dum sic ut premittitur per prefatos Rndum
in Chro patrem et dominum domi Albertum
Epum poznanien Superarbitrum necnon honles
dominos Daczbogium Cantorem, Ulricum pre:
positum et Nicolaum Canonicum Arbitros

Arbitratores, et amicabiles compositores
et coram eis agerentur et fierent, vnacum
prenominatis testibus presens interfui,
Ideoque presens instrumentum per alium
me alijs occupato negocijs scriptum manu
propria subscribens in hanc publicam
formam redegi signoque et nomine meis so:
litis et consuetis de mandato dictorum do:
minorum superarbitri, et arbitrorum requisitus
consignavi In fidem et testimonium omnium
et singulorum premissorum. Item privile:
gium immunitatis et libertatis ecclie plocen
et hominum ipsius, per magnificum principem
Dominum Boleslaum, Ducem Mazovie, datum
concessum et sigillo suo roboratum sequitur
in hunc modum

In nomine Sancte Trinitatis amen Ego
Boleslaus Dei gracia, Dux Mazovie predecessorum
meorum vestigijs inherens, eorumque cupiens
fieri ydoneus imitator presertim in eis que
pietatis officio ad diuinum cultum, et ad
ecclesiasticam vtilitatem fecisse noscuntur, ob
reuerenciam Beatissime virginis Marie
et in remissionem peccatorum meorum pro me
et pro meis successoribus venerabili patri

Boleslaus Dux Masovie.

1239
Lub. 13.

Petro deigracia Mazovien Epo suisq
successoribus, ac ecclie plocen, resigno,
dono, confero, et confirmo, Jura seu liber:
tates inferius annotatas, in ducatu Mazo:
vien, omnes igitur homines tam liberi
qm̄ asscripticij, omnium et singularum villa:
rum, oppidorum, Castrorum, et quorumlibet
possessionum plocen ecclie, cuiuscumq ser:
vitutis ~~fuerint~~ vel condicionis sine officij
aut status fuerint ac plena gaudeant
immunitate liberi ab omni prediali sine
personali servitute, solucione, pedagio, theo:
loneo, in terra et in aqua et exactione quarū:
cumq pecuniarum expensarum vel rerum
cuiuscumq generis vel speciei quantitate
vel qualitatis nominis vel vocabuli sint
vel fuerint que nunqm̄ in eis vel eorum
predijs in et ducibus terre predicte et qui
pro tempore fuerint competijt vel competere
potuerit, Ita q neq przewoz neq sthan
ducale et exercitus, neq powoz nec aliqd
aliud servicium vel utilitatem quocumq
censeantur vocabulo ab eisdem hominibus
duxo terre, qui pro tempore fuerit, expetet,

Sed idem homines liberi asscripticij cum
omni vtilitate et seruicio tantum dnorum
suorum subiacebunt ptati in nullo casu
a duce vel ab alio de eius mandato iu:
dicandi, sed tantumodo dominorum suorum
audient iudicia, vel eorum quibus eos
domini ipsorum comiserint iudicandos,
Prefati etiam ecclarum homines ad nullum
exercitum trahentur inuiti, nisi ubi exer:
citus congregetur, ad terre defensionem
Et hoc tunc, iuxta posse et arbitrium ipsius
Episcopi et dominorum suorum fiat, Et non
aliter, Nullum castrum nouum vel antiquum
edificabunt. Item dicti homines in villis,
oppidis, Castris, et possessionibus predicte
ecclie sedem a nullo iudicabuntur nisi a
dominis suis et a nullo alio nullum conductum
ducent, ad vllam expedicionem trahantur,
Preterquam ad Pruthenicam vgt quando
dux publicam fecerit expedicionem et ad
terre defensionem, Item ville ecclie predicte
falconarios et falcones non recipient, neqz
pascent, Castorarios capientes castores non
ducent neqz procurabunt, Preterea venatores

cernorum et aliarum bestiarum in villis
ecclie nichil per vim accipiant. nisi eis
aliquid de bona voluntate conferatur,
Et hec omnia et alia. que mihi et meis
Successoribus competere possint nichil Juris
vtilitatis vel dominij temporalis nisi Spu:
alia reseruando ob amorem dei et Sancte
ecclie perpetuo. donaui. contuli. Dedi.
assignaui. ac libere pro salute mea et meorum
Successorum dono. do. confero. et assigno.
temporibus perpetuis inuiolabiliter teneu:
da possidenda. Actum et Datum in Syradz
decima septima Calen Julij. Anno gratie An. 1239.
Millesimo Ducentesimo trigesimo nono pnte
patre meo Duce Conrado et fratribus
meis Ducibus Seminitho et Zemomisslo
Et venerabili patre meo fulkone Guezuen
Archiepiscopo et Pallatr lauth Swoborio
Castellano de Syradz Judice. Nicolao Dapi:
fero. Lassota pincerna. Domangro thezaura:
rio. In quorum omnium et singulorum
supradictorum fidem et testimonium ac robur
perpetue firmitatis presentes nras transscrip:
cionis. transsumpcionis. ratificacionis. approbacionis.

Canonicis ecclie ꝑlocen capitulariter
congregatis et alijs qm̄ pluribus fidedignis
vocatis specialiter et rogatis testibus ad
premissa Subscriptio vō nōrij fuit
talis Et ego Petrus Nicolai de Glo:
vijna clericus ꝑlocen dioc Imperiali
ancte publicus Notarius, quia predictis
lrarum instrumentorum, pronunciacionum,
sentenciarumqꝫ, laudorum, ꝑrivilegiorum,
exhibicioni, putacōni, requisicioni, recepcōni
lectioni, diligenti examinacioni, et de verbo
ad verbum collacōni, ratificacōni, approba:
cioni, auctorizacioni, et decreto, alijsqꝫ omnibꝰ
et singulis supradictis. Dum sic ut premit:
titur per prefatum Rndum patrem dom̄
Jacobum Epm̄ ꝑlocen, et coram eo agerent
et fierent vnacū prenoiatis testibus pns
interfui, Eaqꝫ omnia et singla sic fieri vidi
et audivi, Ideo hoc pns publicum instrum
in hijs tribus pellibus sive chartis scriptū
exinde conficiens manu propria scribendo
hic me subscripsi publicavi et in hanc pu:
blicam formam redegi signoqꝫ et nomine meis
solitis et consuetis vnacū appensione sigilli

Auctorizacionis, et decreti lr̄as sine p̄ns
publicum instrumentum hmōi nostram
transscripcionem, transsumpcionem, ra:
tificacionem, approbacionem, Auctorizacōm
et decretum in se continen̄ seu continens
exinde fieri. et per petrum Notarium publi:
cum Scribamq̄ Curie nostre infrascriptum
Scribi et publicari sigilliq̄ nostri maioris
appensione iussimus cōmuniri. Actum et
Datum in Capitulo gn̄ali sub anno domini
Millesimo quadringentesimo quarto Indicon
duodecima die sexta Mensis februarij pon:
tificatus Sanctissimi in cōro patris et domini
nr̄i domini Bonifacij divina providencia pape
noni Anno quintodecimo hora terciarum
vel quasi in Civitate Plocen̄ in domo no:
stre habitacionis. p̄ntibus ibidem venlibus
viris dominis fratre Stanislao Abbate
Czyrwenen̄, Arnoldo preposito, Andrea
Archidiacono, Dazbogio Cantore Sciborio
Cancellario Stanislao, Archidiacono Dobrzinen̄
Andrea Rukala, Andrea Koprzyska, Alberto
de Cozlowo, Mathia de Gostinyno, Wlodkone
de Zagroba, Dirslao petro de Osswarzny

1404

dissensionibus, displicencijs controuersijs
iniurijs, damnis, et interesse inter nos duces
Wladislaum et Boleslaum et vtriusque nrm
subditos specialeb et seculares cuiuscunque
status, gradus, ordinis, et conditionis et qua:
cunque prefulgent dignitate ab vna, et nos
Stanislaum epum Capitulum ecclesiamque Plocen
nrosque et ecclie subditos similiter specialeb
et seculares cuiuscunque status, gradus, ordinis
et conditionis existant, et quacunque prefulgeant
dignitate ab altera partibus, quomodolibet et
quocumque modo hincinde, et ab vtraque parte
emersos et exortis in et super magnificos
strenuos nobiles venerabiles et honorabi:
les viros dominos, Andream de Czyechomyche
Plocen. Nicolaum Vansch Czechomen Castel:
lanos Stanislaum de Strzegowo Plocen Sze:
mak de Smogorzewo Czechonowien, Ioannem
Swynka de Choynowo Zawkrzen Iudices
Derslaum de Podosche vexiliferum Zacrochi:
mien Sauisium de Cunradech subdapiferu
Plocen Ninogneum de Laschewo Plocen Mar:
tinum Broda de Jeschewo Zacrochynen subiudi:
ces Stiborium Archidiaconum et officialem
Plocen Stephanum Prepositum et Cancellarium

Joannem peregrini Decanum varschon
Joannem Custodem magnum, Paulum de
Grampczewo, Petrum de Bandzyslaw Mi:
chaelem dictum Okun prelatos et Cano:
nicos plocen Stanislaum Cancellarium
vyszneu et Johannem Canonicum varschon
Spuales et Seculares Ducatuum Mazonie
prelatos et dignitarios, tanqm arbitros ar:
bitratores et amicabiles compositores de
alto et Basso nostris et Subditorum nrorum
omnium Spualium et Secularium nominibus
Compromiseramus, ipisque dominis arbitris
arbitratoribus et amicabilibus composito:
ribus plenam et omnimodam contulimus
facultatem hmoi oms differencias, dissen:
siones, displicencias, controuersias, iniurias
Dampna, et interesse cognoscendi, decidendi
Componendi et arbitrandi prout in instru:
mento compromissi per nos ab vtraque
parte facti plenius continetur, Et quia
ne in hmoi compromisso aliqd necessarium
et essenciale ad habendam arbitris plenariam
ptatem, obmittatur omnibus hmoi dubietatibus
et aufractibus volen obuiare et parte ab vtraque
in vera et sincera pacis vine vnione, promittimus

Spondemus, obligamur et pollicemur omnia
et singula per dictos dominos arbitros ar:
bitratores et amicabiles compositores, inter
nos nostros quoque subditos forma et ordine dicti
Compromissi seruatis vel non seruatis, etiam
si formam Compromissi et traditam potestatem
arbitri predicti in aliquo excesserint nobis
presentibus vel absentibus, auditis vel non
auditis, vocatis vel non vocatis et alias
quomodolibet et quocumque modo in conuencio:
nibus, Plocen, Vyschegradien, et Czyrvenen
laudata sententiata conclusa decisa, diffi:
nita pronunciata et arbitrata vel imposterum
per dictos dominos arbitros arbitratores et
amicabiles compositores inter nos nostros quoque
subditos quomodolibet locis et temporibus, lau:
danda, sententianda, concludenda, decidenda,
diffinienda, pronuncianda, et arbitranda, in
omnibus et singulis eorum punctis, articulis
Capitulis, clausulis, et condicionibus generaliter
vniuersis rata, grata, atque firma, tenere, habere,
et inuiolabiliter obseruare sub penis per dictos
dominos arbitros arbitratores et amicabiles
Compositores vallatis et inflictis ac imposterum
vallandis, et infligendis et sub nostris fide conscientia

absq dolo omniaq et singula per eosdem
dominos arbitros, laudata, statuta, con:
clusa, decisa, pronunciata, et sententiata,
ac quomodolibet arbitrata et imposterum
arbitranda exnunc prout extunc et extunc
prout exnunc, sic ut prefertur nostro et
omnium nrorum ab utraq parte subditorum
emologamus, ratificamus, et approbamus
tenore presentium mediante, etiam quotiens:
cumq imposterum quod absit hmoi displicentie,
controuersie, dissensiones, et qualescumq
iniurie, inter nos parte ab utraq et inter no:
stros subditos spuales et seculares cuiuscumq
status sint emerserint, Nos Wladislaus
et Boleslaus duces, Stanislaus Episcopus
et Capitulum predicti eisdem diferentijs et
dissensionibus inter nos Duces Episcopum
et Capitulum nrosq, ut predicitur subditos
imposterum quocumq modo emergendis, cum
debito ratione liberamine obuiare cupien
in predictos dominos arbitros arbitratores
et amicabiles compositores de alto et Basso
exnunc prout extunc, et extunc prout exnunc
in forma qua possumus meliori compromittig
ac ipis arbitris plenam et omnimodam pote:
statem damus nos parte ab utraq et omn

nostrum Subditos et nostros successores sup
hmoi omnibus et singulis displicenciis, con:
trouersiis, iniuriis, damnis, dissensionibus
et eorum interesse indicandi concordandi,
hunus quoque modi dissensiones controuersias
inter nos Duces Epum Capitulum ecclia
que Florentin, imposterum quomodolibet emer:
gendas, cognoscen, et super eisdem deciden:
concludendi, diffiniendi, pronunciandi, lau:
dandi, decernendi, et fine bono terminandi,
ac deseruandis, hmoi conclusionibus, laudis,
decisionibus, et decretis, penas, pecuniarias
et als quascumque vallandi, et infligendi,
et in eisdem penis partes aut aliquam
earum contrauenien aut contrauenientem
dictorum arbitrorum, laudo, et decisiom
condempnandi, terminosque dies et loca neces:
sarios et necessaria quotiens opus fuerit
vigore presencium et als ex ptate ipis tra:
dita prefigendi et deputandi et nos aut aliquam
partium nrarum ad eosdem terminos et dies
ac eadem loca quotiens opus fuerit vocandi
et gnaliter omnia et singula faciendi, que
in premissis necessaria fuerint seu etiam
quomodolibet opportuna, Ita q quotiens cumque
hmoi differencie, Iniurie et dissensiones inter

nos Ducem Wladislaum ab vna et Sta:
nislaum Epum et Capitulum et ecclam
plocen. nostrosq Successores et Subditos
pro tempore existen quod absint emerserint,
extunc sex domini arbitri predicti pro
parte nra vcgt Ducis Wladislai et Sex
de Capitulo arbitri predicti hmoi omnes
et singulas diferencias, discordias, et dis:
sensiones omnibus littibus amputatis,
complanabunt. Similiter si hmoi diferencie
iniurie et dissensiones vel eis similes (quod
deus auertat) inter nos Ducem Boleslaum
Successoresq nros et Subditos ab vna et Sta:
nislaum Epum Capitulumq et ecclam plocen,
ac Successores et Subditos nostros pro tempr
existen imposterum suborte et emerse fuerint
Similiter sex domini arbitri predicti de parte
nra videlicet Ducis Boleslai et sex de Caplo
arbitri predicti de parte nra vcgt Epi et Capli
ac ecclie hmoi diferencias, dissensiones et
iniurias complanandi, quociens opus fuerit
plenariam habebunt facultatem. In casu
vero quo aliquos ex dominis predictis arbitrz
de tris absentari aut infirmitate preueniri
aut eos seu aliqz eorum de hac luce decedere
contigerit, extunc predicti domini arbitri loco

eorundem absentium aut infirmorum seu
decedentium, alios dominos pro hmoi causaz,
dissensionum, iniuriarum, et differenciarum
cognicon et decisione ipis in coarbitros reci-
pere poterint, et locare, tociens quociens
fuerit opportunum, Et quidquid ipi domi
arbitri in hmoi controuersijs, differencijs,
displicencijs, et iniurijs, dampnis, et eorum
interesse sic ut predicitur in plocen, Vijsze-
gradien et Czyrvenen conuenciombus, lau-
dauerunt, sentenciauerunt, concluserunt,
ordinauerunt, deciderunt, et diffiniuerunt
aut imposterum diffiniuerint, laudauerint,
sentenciauerint, pronuncianerint, et ordina-
uerint, hoc exnunc prout extunc, et extunc
prout exnunc approbamus et ratificamus, et
firmum volumus, perpetue et inevum nec hmoi
decisa, aut imposterum decidenda infringere
volumus, in parte vel in toto, nec ea reuocare
volumus, vel ab eisdem appellare, sed exnunc
recedimus, et renunciamus omibus quibus sa-
crorum ordines Canonum legibus humanis
Ciuilibus, et alijs omnibus, statutis laudis,
Constituciombus, et consuetudinibus, quibus
premissa omnia et singula laudata statuta
Conclusa decisa pronunciata, ordinata, sinata

et arbitrata aut Laudanda imposterum
et decidenda fuerint infrugi possent /
aut quoquomodo violari · In cuius rei
testimonium Sigilla nostra vgt Ducum
Vladislai et Bolesłai Stanislai Episcopi
et Capituli Plocen de certis nostris Sciencijs
presentibus sunt appensa · Actum et Datum
in Czirwensco in monasterio Canonicorum
regularium ordinis Sancti Augustini
Sub anno Domini Millesimo Quadringen-
tesimo Tricesimo octauo feria quarta
in Crastino festi vndecim milia virginu
Presentibus ibidem venerabili Nobilibus
et Discretis viris dominis Andrea Abba-
te Czyrwcen Johanne de Raboszewo
Gregorio de Pyaschewo Paulo de Bedlsko
Swanthoslao de Gurkowo Mathia de
Rozan Notario publico et alijs quamplu-
mis testibus fidedignis testibus ad
premissa

Ao. 1430.

257. 38

1438
Lub. n. 179

Sententia Arbitralis Inter Illustres olim Principes Wladislau et Boleslau duces Mazouie & Rmum olim dominu Stanislau Epum et Capitulum Ecclie Plocen super differencijs varijs etc.

In nomine domini amen ad rei memoriam sempiternam. Nos Andreas de Czyechomyche plocen. Nicolaus Wansch Czyechonouien. Castellani. Stanislaus de Strzegowo plocen Szemak de Smogorzewo Czyechonouien. Joannes Swynka de Choynowo Zawkrzen Judices. Derslaus de Podosche vexilifer Zacrocynen Sanissius de Cunradech subdapifer plocen Ninogneus de Lauschewo plocen Martinus Broda de Jezewo Zacrocynen subiudices Stiborius Archidiaconus et officialis plocen Sthephanus

Prepositus et Cancellarius Illustris prin:
cipis domini Boleslai Ducis Mazovie etc.
Joannes peregrini Decanus varschovien Jo:
annes custos Magister Paulus de Gramb:
czewo Petrus de Bandzyslaw Michael dictus
Okun prelati et Canonici plocen Stanislaus
Cancellarius Vyznen et Joannes Canonicus
varschovien Illustris dni Ducis Boleslai
predicti vicecancellarius Spuales et Seculares
Ducatuum Mazovie prelati et dignitarij arbi:
tri arbitratores et amicabiles compositores
per preclaros principes et dominos dominos
Wladislaum et Boleslaum Duces Mazovie
ecclie q plocen patronos ab vna ac Reveren
in chro patrem dominum Stanislaum Epum
plocen et eius Capitulum ex altera partibus
nominati electi et deputati Significamus teno:
re presencium tam presentibus qm futuris
quibus expedit generaliter vniuersis Quomo
dum nonulle controuersie displicencie dissensio:
nes et diferencie de et super quibusdam lris
Priuilegijs Instrumentis et munimentis ut
asseritur Iura libertates et immunitates eccle
plocen in se continen per ipm dom Epum
plocen als in conuencionibus iam Czirvenen

Wladislaus et Boleslaus = Duces Masovie.

Dam Vyschegradien et in alijs locis coram
predictis dominis Ducibus ac prelatis et
dominis spualibus et secularibus ab vtraq
parte locatis et copijs eorundem ipsis
dominis Ducibus exhibitis et productis fue:
runt mote et exorte. Tandem pro finali
predictarum controuersiarum displicenci:
arum. dissensionum damnorum et eorum
interesse amicabili compositioni ac etiam
predictarum lrarum reproducton et super
eisdem diffiniconi prefati domini principis
ad vota et petita predictorum dominorum
Episcopi et Capituli diem date presencium
et locum in ploczko assignauerunt. et sic
hodie nobis arbitris arbitratoribus et amica:
bilibus compositoribus per predictas partes
concorditer electis et deputatis. ac ad cogno:
scend super prefatis controuersijs. displicen:
cijs dissensionibus damnis et eorum interesse
et emergencijs. Necnon lris priuilegijs In:
strumentis et munimentis. libertates imuni:
tates ac iura ecclie plocen in se continen et
als quocumq modo inter predictas partes
et earum partium subditos quomoht exortis

et emersis locatis et pro tribunali seden-
tibus postulauimus ut prefate lre pri-
uilegia et Instrumenta et munimenta
quascumque et qualiacumque prefatus dns
Epus vnacum Capitulo suo lras liberta-
tes et Iura ecclica in se continen hrent
coram nobis tanqm arbitris arbitratoribus
et amicabilibus compositoribus ad hoc plena
potestatem vigore compromissi habentibus
reproducerent. Quiquidem dominus Epus
et Capitulum nonnullas lras et priuilegia
ecclie plocen Iura et imunitates in se con-
tinen in medium nostri et coram nob exnunc
produxerunt. Quorum principia et fines
propter breuitatem ut infra describimus
vczt. Priuilegium ducis Conradi qd sic
incipit In nomine Sancte Trinitatis amen
Conradus dei gracia Dux Mazouie predecessor
meorum vestigijs inherens eorumque cupiens
fieri idoneus imitator presertim in his que
pietatis officio ad diuinum cultum et ad
ecclicam vtilitatem fecisse noscuntur. ob
reuerenciam Beatissime virginis Marie
et in remissionem pctorum pro me et meis

Conradus Dx Masouie.

Successoribus venerabili patri Petro deigracia Epo
Mazouien rc: finis vero eiusdem priuilegij Datum
in Syradz decimo septimo calendas Julij anno
gracie millesimo ducentesimo tricesimo nono, A. 1239.
Presentibus dilectis filijs meis duce Boleslao Semo-
uitho Semomislao ducibus et honorabili patre
meo falcone Gnesnen Archiepiscopo palatino
Lancicien Woseborio Lassotha domagiero The-
zaurario. Item aliud priuilegium Conradi
super hereditate Pyasky ex donacione nobilis
domine Sare filie Marcusy sic incipit In noie
Sancte et indiuidue trinitatis amen. Nos
Conradus deigracia dux Mazouie et terre
Czyrnen notum facimus Vniuersis. qd nobilis
femina Sara Marcusy militis filia rc. finis vo
In cuius rei testimoniu presentem nostram lram
ei dedimus nostri sigilli munimine roboratam
Sub testimonio Andree Cancellarij Szenfiri Judicis
Nicolai Castellani Rokycien Joannis Thezaurarij
fratrum Ade et Alexandri de ordine predicatorum
Anno domini Millesimo ducentesimo octoagesimo A. 1202.
Secundo Nonas nouembris. Item priuilegium
domini Semouithi patris domini ducis Wola-
dislai contractus inter suam Serenitatem
et dominum Jacobum bone memorie Epum

Semovitus Dux Mas.
Pater Wladislai
Ducis Mas.

Plocen et suam ecclesiam sic incipit. In
nomine domini amen. Ad perpetuam
rei memoriam. nos Semouithus deigracia
Senior dux Mazouie. Russieq princeps necnon
terrarum plocen. Rauen. Sochaczeuien
Gostinen plonen ac dominus et heres Visnen
etc. Significamus tenore presencium Vniuer:
sis presentibus et futuris. qd animaduerten
et diligenter perpenden qualiter bona tempo:
ralia etc. finis vero talis Datum et actu
m ploczko feria Secunda post festum Sancte
Catherine Virginis gloriose. Sub anno domini
Millesimo quadringentesimo vicesimo quarto
Presentibus ibidem Strenuis ac nobilibus
viris domis Stanislao Grad palatino Sasmo
als Gamba de Trampkj Castellano Petro de
Campa Succamerario Dobeslao de Rzewo:
nyno Iudice plocen Andrea de Czyecho:
mycze Gostinen. Slawkone de Crobycze
Rawen Succamerarys Plychtha de Skoth:
nyky Marsalkone Curie nostre ac Venera:
bilibus viris dominis Stanislao Pawlo:
wsky Archidiacono plocen necnon
Schochaczonien Russieq Michaele

Semouithus Senior D.
Mag. Russiae Prin.

A. 1424.

Preposito Collegiate Sancti Michaelis in
Plorzko Gostinen ac Czamborio Canonico
Plocen ecclesiarum et Rawen Cancellarijs
qui a nobis pucia habuerunt in Comissis
Item privilegium Semouithi et Cazimiri
fratrum Ducum Mazouie Super Vyscowo
et Camyon qd sic incipit. In nomine
domini amen quoniam Sacre scripture eloquio
attestante magne sapiencie est, homines
qd praue gesserunt deliberacione habita in
idipm ne exinde animarum periculum incurrant
in melius comutare. Noueritis igr
vniuersi pntes et futuri qd nos Semouithus
et Cazimirus deigracia fres vterini Duces
Mazouie et domini Czernen indagine mentis
nre solercius reuoluen rg finis vo eiusd
Privilegij actum et datum in Czerwensk
Anno domini Millesimo Tricentesimo septimo
decimo kalendas aprilis pntibus domino
Joanne decano plocen et Cancellario Mazouien
Sassino pincerna Czernen Damiano
Warschouien et Petro Czyechonouien Castellanis
Bartholomeo aduocato Warschouien, Tylone
notario Vytheone subiudice et alijs fidedignis.

An. 1307.

Item Privilegium domi Joannis
Ducis Senioris Avi domini Ducis Boleslai
Quod sic incipit. In nomine domini amē
Industria memoralis hōm non est tante
virtutis q̄ ea que aguntur in tempore
possint, perpetue memorie cōmendari. Ideo
Principum auctoritas consuevit eis lr̄is
authenticis aut fidedignorum testimonijs
Subvenire, Inde est q̄ nos Joannes dei grā
Senior Dux Mazovie etc. finis vero talis
Actum et datum in Wyschegrad Sabbato
proximo post dominicam Quasi modo geniti etc.
An. 1423. Sub anno domini Millesimo Quadringentesimo
vicesimo tercio. Pūtibus viris Strenuis
et nobilibus dominis Nicolao Castellano
Szylamo Judice, Nicolao als Wansch Succa:
merario Wyschegradien. Stiborio Succamerario
Szacroczymen. Marschalkoq̄ Curie nostre Jo:
anne Vexilifero Czechonovien. Petro de
Sarpsko et alijs q̄mpluribus nostris fidelibus
fidedignis testibus ad premissa Scriptum per
manus Pauli Gregorij de Borzewo Plocen
et Warschovien ecclīarum Canonici et Can:
cellarij Curie nostre qui presencia habuit
in cōmissis

Item Privilegium parvulum et antiquum
domini Semouithi olim Ducis Mazovie Sup
eo q̄ oppida possint locare in bonis ecclie
Plocen sic incipit. Semouithus Deigracia
Dux Mazovie omnibus ad quos p̄ntes
lr̄e peruenerint salutem et omnem suam
voluntatem. Certum teneat vr̄a discrecio rq̄
finis vero eiusdem Privilegij Datum in
Ploczko. anno domini Millesimo Ducentesio Ao. 1254.
Quinquagesimo quarto in festo scti dominici
Item Privilegium Ducum Semouithi
Cazimiri et Wladislai super facta concor:
dia inter eos et dominum Stanislaum
Epum Plocen in quo promittunt tueri et
protegere. Dominum Stanislaum Episcopum
et Privilegia per antecessores ipsorum ecclie
Plocen Data illibata conseruare sic incipit
Nos Semouithus Cazimirus et Wladislaus
Deigracia Duces Mazovie Russieq̄ princi:
pes. Ad vniuersorum tam presencium q̄m
futurorum noticiam tenore presencium vo:
lumus et cupimus deuenire. Qd q̄m uis: nos
ab vna et Reuerend in Chr̄o patrem dom̄
Stanislaum Epum Plocen ab altera ptibus rq̄

206

A. 1432.

finis vero eiusdem ꝓuilegij Actum
et datum in Czyrwensko feria tercia in
Crastino Sancti Michaelis Archangeli
gliosi anno domini Millesimo quadrigen:
tesimo tricesimo sedo Quorum supius
descriptorum ꝓuilegiorum totos teno:
res nos Arbitri volumus habere proin
certis. Superius igitur descripta ꝓuile:
gia. Nos arbitri arbitratores et amicables
Compositores vera et iusta fore reperien
omnes et singuli concorditer christi nomine
inuocato ex ptate nobis in compromisso data
et ex nra arbitrali sentencia Sentenciamus
determinus. arbitramur. pronunciamus.
declaramus fore vera et iusta quibus omibz
vbilibet in Iudicio et extra in ommbus et
singulis ꝑnnctis. articulis et clausulis
tanqm veris et legittimis plena fides dzt
adhiberi et per domos Duces predictos et
corum Successores debere teneri et illibata
obseruare Item sententiamus arbitramur
determinus et per hanc nram arbitralem
Sentenciam diffinimus illa ꝓuilegia Instru:
menta et munimenta per Reuerendum in

Christo patrem dominum Stanislaum Epm
Plocen in Czyrwensko Wyschegrad et in alijs
locis coram dominis Ducibus predictis et
ipsorum Ducatuum Prelatis Spualibus et
Secularibus multociens producta quorum
copie ipsis dominis Ducibus per ipm dom
Epum date quas ecc volumus hre promiser:
tis vcz. Privilegium sub titulo Sigillo et
nomine Regis Cazimiri qd sic incipit /
Cazimirus deigracia Rex Polonie Necno
trarum Cracovie, Sandomirie, Siradie,
Lancicie, Cuyavie, Pomeranie Plocen,
Dobrinen Russieqz dominus et heres. Notum
facimus quibus expedit vniuersis, qd
considerantes damna per infideles Lithwanos
nuper rcta finis vero Actum et Datum
in Lowycz proxima quinta feria post
conductum pasche. Anno domini Millesimo An. 1369.
Tricentesimo Sexagesimo nono Presentibus
Illustribus Principibus Semouito Mazo:
uie Przemislao Tessinen, Venceslao Nemo:
dlimen, Henrico Iuniore Zegamen, Cazimiro
Stetinen Ducibus et fratribus Necno Virscone

Copach Plocen et Dobrynen Capitaneo
Hiscone Lancicien Moschyczone Gnye:
wcomien pallatinis Raphaele Vislicien
Dobeslao Cruszwicien Zemako Vysche:
gradien Pyotrassio Szpyczmirien et
Nyemyerza Sochaczonien Castellanis et
alys quamplurimis nostris fidelibus Datum
per manus domini Joannis de Czarnkovo
Archidiaconi Gneznen nostri vicecancellary
Item Privilegium Ducis Boleslai quod sic
incipit. In nomine dei patris et filij et
Spus Sancti amen Nos Boleslaus Conradi
dei gracia Dux Mazovie predecessorum no:
strorum et Spalr felicis memorie dni Conra:
di Ducis olim Mazovie genitoris nostri
vestigijs inherentes eiusqz cupien fieri ido:
neus imitator in omnibus et Signanter in
hys rs finis vero talis Datum in Gambino
An. 1200. Quindecimo Kalendas Maij anno dni Millesimo
Ducentesimo octuagesimo
Item instrumentum Sme Arbitralis qd Smam
Arbitralem inter illustrem principem dominum
Joannem Seniorem Ducem Mazovie ab vna et
Reuerendum in Chro patrem dominum Jacobum

olim epum plocen ab altera partibus per
Reuerendum in Christo patrem Dominum al:
bertum Epum tunc Poznanien Superarbitru
Latam in se videbatur continere incipit sic
In nomine domini amen hys que appetitus
noxy vepribus, a quo eciam litigiorum pro:
cesserunt discidia evulsis ad cultus diuini
ecclesiarumqz conseruacionem ac personarum
ecclesiarum debitam quietam accomode re:
gulate existunt, ut pace plantate fructu
afferant et incupiditatis effrenate discordie
processu temporis non resurgant, expedit su:
fragys subuenire opportunis. Inde est q
nos Albertus dei gracia Epus Poznanien
Superarbiter Daczbogius Cantor Vlricus
Prepositus Sancti Michaelis, Nicolaus de
Byalkowo Canonici ecclie plocen Arbitri ar:
bitratores et amicabiles compositores &c
finis vero eiusdem est talis. In domo honti
fratris Nicolai Prepositi ecclie parrochialis
in Vyschegrad plocen dioc Sub anno dni
Millesimo quadringentesimo Scdo Indicione An. 1402.
decima Pontificatus Sanctissimi in Chro pris
et domini nri domini Bonifacy diuina proui:
dencia pape noni anno tredecimo die vicesia

Quinta Mensis Junij hora quasi vesperorum
Presentibus venerabilibus et discretis viris
dominis Andrea Laskarij Preposito et Joan:
ne Scolastico Wladislavien fratre Nicolao
Preposito Vyschegradien fratre Paulo le:
ctore Cazimirien Mathia de Blandowo Ple:
bano Poznanien dioc ecclesiarum et Laurē:
cio Viccario et Altarista Lancicien et alijs
fidedignis testibus ad premissa. Subscriptio
vero Notarij eiusdem instrumenti. Et ego
Joannes Budconis de Czechel clericus Gnez:
nen dioc publicus imperiali auctoritate
notarius quia predictis sentencie pronun:
ciacioni arbitracioni etc.

Item Privilegium domini Ducis Mazovie
Venceslai confirmatorium et ratificatorium
Privilegiorum Ducum Conradi et Boleslai Sic
incipit. Noveritis universi tam presentes
quam futuri. ad quorum noticiam presens
Scriptum contigerit pervenire. Quod nos Ven:
ceslaus dei gracia Dux Mazovie et dominus
Plocen attenden quod creatura non habet quid
respondeat pro meritis creatori et presertim
Zelum et devocionem Specialem haben. ad
ecclesiam Sancte dei genitricis Marie Virginis

marie pronunciacon supradicto. Item pro:
nunciacionem et sentenciam de staciombus
et alijs articulis per nos habito consilio per
sonarum sapientum et Iurisperitorum infra
hinc et nunc affuturum proxime festum Natiui:
tatis domini inclusiue cum deliberati fue:
rimus faciendam, ferendam, et pronunciam
suspendimus ad terminum Natiuitatis dni
antedictum inhibentes et interdicentes dicto
domino Duci ne ad possessionem ecclie infra
ipsum descendat, staciones hmoi, faciendo,
donec super eis per nos determinatum fuit
et conclusum infra dictum tempus, nisi
forte per dictos dominum Episcopum aut
aliquem clericum fuerit inuitatus, Item
pronunciamus et arbitramur prout supra
q dicte partes omnia et singula per nos ar:
bitrata, sentenciata, et laudata, ut prefertur
inuiolabiliter et sub pena in dicto compromisso
adiecta et contenta, modoqs et forma descriptis
soluenda debeant, tenere custodire et firmiter
obseruare, Potestatem nobis supra hijs et
alijs omnibus et singulis emergen, inciden,
dependen, ab eisdem iterum et pluries arbi:
trandi, pronunciandi, declarandi, dicendi, con:
demnandi, addendi, minuendi, expresse et prout

BIBLIOTHECA SEMINARII PLOCENSIS

melius possumus reseruantes. In quorum
omnium et singulorum fidem et testimonium
premissorum presentes nostras lras seu pns
instrumentum huiusmodi sententiam et laudem
ac pronunciacionem nostras arbitrarias in
se continen. seu continen per Joannem pu:
blicum Notarium infrascriptum subscribi
et publicari mandauimus sigillorum nrorum
appensione comunitas. lecta. lata. et pronun:
ciata est hec nostra sentencia et pronunciacio
ac ordinacio arbitraria. per nos Albertum
Episcopum Poznanien superarbitrum. assiden
nobis et volen predicti dominis Daczbogio
Cantore. Vlrico. Nicolao. Joanne Cancis In:
nossio et Nicolao Scusza arbitris arbitra:
toribus et amicabilibus compositoribus.
In [illegible] castri Vyschegradien predicti dni
Joann[illegible] Mazouie Plocen dioc sub
1401. anno do[illegible]illesimo quadringentesimo
primo Indictione nona Pontus Sanctissimi
in Christo patris et domini nri domini Boni:
facij digna dei prouidencia Pape noni anno
duodecimo die Martis decima sexta Mensis
Augusti hora quasi sexta Pntibus Magni:
fico Principe domino Bolkone Duce Juueni
Mazouie ac honorabilibus et discretis viris
dominis Swanthoslao custode Paskone Grzymislaj
Plocen et [illegible]

Plocen. et Adam de Banthkowo Gneznen
Canonicis. Andrea de Frawenstad vicarij
Poznanien ecclesiarum, ac Nicolao Puszyk
de Srzodka Poznanien. et Nicolao de Dam:
be Gneznen dioc. clericis Notarijs publi:
cis testibus ad premissa vocatis et rogatis
Et ego Joannes Budconis de Czyechel
clericus Gneznen dioc. publicus impe:
riali auctte Notarius predictarum Sme
pronunciacioni ordinacioni. arbitrariarum
promulgacioni et prolacioni. omnibusque
alijs et singulis premissis dum sic ut
premittitur per prefatos Reuerendum
in Christo patrem dominum Albertum
Epum Poznanien superarbitrum ac arbi:
tros arbitratores et amicabiles compositores
et coram eo agerentur et fierent vnacum
prenominatis testibus presens intersui eaque
sic fieri vidi et audiui, sed alijs prepeditus
negocijs per alium scribi procuraui et in
hanc formam publicam manu mea propria.
Subscribens redegi signo et nomine meis
solitis solitis et consuetis de mandato dicto:
rum dominorum superarbitri et arbitrorum

consignando in fidem et testimonium
omnium et singulorum premissorum

In Christi nomine amen hijs que appe:
titus noxij vepribus a quo etiam liti:
giorum processerant discidia evulsis ad
cultus divini ecclesiarumque conservacom,
ac personarum ecclesiacarum debitam quie:
tem accomode regulata existunt, ut pacis
plantate fructum afferant et incupidi:
tatis effrenate discordiam processu tempo:
ris non resurgant, expedit sufragijs sub:
venire opportunis, Inde est quod nos Albertus
dei gracia Epus Poznanien. Superarbiter
Daczbogius Cantor, Ulricus Prepositus
Sancti Michaelis et Nicolaus de Balkowo
Canonici ecclie Plocen. arbitri arbitrato:
res et amicabiles compositores, per et inter
partes infrascriptas comuniter et concorditer
ac in solidum nominati et electi, Ad
universorum et singulorum quorum interest
vel intererit noticiam deducimus per pntes,
Quod cum pridem virtute et iuxta vim et forma

Compromissi, per Magnificum et Spectabilem
principem dominum Johannem Seniorem
Ducem Mazouie suo heredumque et successorum
suorum ac omnium et singulorum terrigena-
rum et Nobilium Ducatus et dominiorum
ipsius domini Johannis Ducis in dioc. plocen.
consisten. Necnon Reuerendum in Christo
patrem et dominum dominum Jacobum
Episcopum plocen. exaduerso suo ecclie que
et Capituli suorum, totius quoque cleri ecclie
eiusdem Ciuitatisque et dioc. plocen. nomibus,
In nos Albertum Episcopum superarbitrum,
Dazbogium Vlricum, et Nicolaum, vna-
cum honorabili et Generosis viris domino
Johanne Wladimiri als Rozani Canonico
dicte ecclie plocen. Necnon Junossio Judice
Wyschegradien. et Nicolao Scusza Succame-
rario Czyechonouien. arbitros arbitratores
et amicabiles compositores sic ut prefertur
Solenniter et comiter nominatos et electos
facti penisque adiectis et appositis, Necnon
Stipulacionibus pactis et renunciacionibus
vallati et roborati et in formam publicam
redacti ac per nos superarbitrum et arbitros

ac arbitratores nominatos assumpti.
de et super omnibus et singulis causis
litibus, questionibus controuersijs et
displicenciarum materijs, que inter ipos
dominum Jacobum ecclesiam Capitulum
atque clerum plocen ab vna et Joannem
ducem suosque terrigenas et nobiles sup:
dictos, de et pro ac super decimis mani:
pularibus decimacionibusque ex agris et
post araturas rusticorum necnon oppressio:
nibus et occupacionibus hominum et bonorum
ecclesiacorum, nonnullarumque rerum possessionum,
nemorum, censuum, expensque et damnis
ac interesse eorum in dictis ducatu et domi:
nijs consisten, stacionibusque, exactionibus,
Bannicionibus, et diffidacionibus in eisdem
et contra ipos factis ac processibus et sinijs
excomunicacon. Proinde quacumque ordina:
ria vel aplica auctoritatibus emissis et
emanatis et eorum et cuiuslibet eorum
occasione hinc inde in Judicijs et extra ver:
tebantur seu verti et esse sperabantur ex
altera partibus. Nos Albertus superarbiter
ac Dazbogius Vlricus et Nicolaus Ceterique

35 179- 48
1458
1379
Lub. n. 100

Plocen et Ratiborio de Goleÿewo, Cancellario nostro, qui presencia habuit in commissis

Lra Judicialis super Molendinum Rissyow in fluvio Strkwa inter Dobeslaum Epum, et Arnoldum Abbatem Sancti Adalberti adiudicatoria saltus pro Episcopo.

Nos Gothardus Judex et Grzÿmala Subiudex Plocen. Notum facimus presentibus et futuris quibus expedit vniuersis Qs cum materia querimonie, sine questionis fuisset exorta in iudicio Serenissimi principis dni Semouithi deigracia ducis Senioris Mazouie, et domi Plocen, Ipso duce in presencia existente coram nobis et qmplurimorum tunc temporis nobiscum assessorum. Inter

BIBLIOTHECA SEMINARII PLOCENSIS

Reuerendum in chr̄o patrem dom̄ Dobesla:
um diuina Clemencia Ep̄um Eccl̄ie ꝑlo:
cen̄ parte ex vna, et Religiosum virum
dominum Arnoldum dei paciencia Abbate
Beati Adalberti in Castro ꝑlocen̄ ordinis
Sancti Benedicti, parte ex altera, ꝓpter
excellenciam saltus molendini Ryssyow
nomine in flumo Sthrkwa iacen̄, Tandem
per nos Iudicio presidentes prout moris est,
Prefato domino Ep̄o extat et est adiudicatu
approbare, Et inuocato chr̄i nomine cū testib9
nobilibus et fidedignis atq̄ ydoneis Sicuti
Iuris et consuetudinis est in terra, Dictus
dominus Ep̄us approbauit, Vnde nos pre:
scripti cum ceteris dominis prefatam appro:
bacionem Sepenoiati dn̄i Episcopi Super
nominatam excellenciam Molendini intuen:
tes et audientes Satis condignam, extūc bene
perpendentes, habito consilio maturo nobilium
virorum, Eidem domino Ep̄o et Suis Successo:
ribus, Sepedictam excellenciam molendini, iusto
iudicio existente, Deum pre oculis nostris ha:
bentes, prout anno p̄nti dc̄tus saltus molen:
dini extat constructus in perpetuum adiudica:
uimus, Abbati aūt et Suis Successoribus de:
inceps perpetuum Silencium imponentes, In
cuius rei testimonium Sigilla n̄ra p̄ntibus Sūt

appensa Actꝰ et datꝰ in ꝑlorzk feria scda
post festum sancti Martini anno domini
Millesimo Tricentesimo Septuagesimo nono,
Presentibus dñis Nyemyerza, Sochaczouien
Sthephano Gostinen Castellanis, Cziborio
Succtario ꝑlocen Nicolao Notario terreski,
qui presencia habuit in comissis et alys mltis
qui ad pns fuerunt fidedignis

Littere Casimiri Ducis Mazouie Electi Ecclesie Plocen, super obligatione ville Czekanow in tricentis florenis.

1471
Lub. 224

Casimirus deigracia Dux Mazouie Russie ꝛc
electus ecclie plocen, Recognoscimus tenore presencium, et publice profitemur, quibus expedit generaliter vniuersis, quia tricentos florenos hungaricales, Boni auri et iusti ponderis, a venerabili domino Petro de Cuchary preposito ecclie maioris ꝑlocen in mutuum recepimus, Quos sibi ad festum pasche proxie venturum pntibus soluere obligamur In casu

BIBLIOTHECA SEMINARII PLOCENSIS

vero quo non soluerimus, aut soluere quo
quomodo neglexerimus. Extunc in villam
nr̄am Ducalem Czekanowo dictam in tr̄a
nr̄a p̄locen̄ sittam. Cum omnibus et singu:
lis vtilitatibus, fructibus, censibus, reddi:
tibus, molendinis, et eorum emolimentis, ac
generaliter obuenciombus vniuersis, quibus
cumq̄ nomibus nuccupentur, ad eande
quomodolibet spectan̄. Cum omni Jure nr̄o duca:
li nihil iuris proprietatis et dominij nobis
in eadem reseruan̄. Dictus dn̄us p̄reposi:
tus habebit omnimodam potestatem ineundi
inequitandi et ingrediendi, ac sine om̄i im:
pedimento et difficultate, et absq̄ omni strepi:
tu et ordine Juris, ac sine requisicione pre
conis, et omnium officialium nostrorum,
et Capitaneorum aliorum nr̄as vices geren:
cium, dicte ville liberam, pacificam, et quieta
intromissionem et possessionem nanciscendi pos:
sidendi, et recipiendi, Tamdiu tenen̄, haben̄,
regen̄, possiden̄, fructusq̄ de ip̄a percipien̄
et levan̄, et ad usus proprios conuerten̄,
Quousq̄ huiusmodi Tricenti florenj per nos sibi
plenarie fuerint persoluti. Promittimus insup̄
et per p̄ntes pollicemur, Q̄d si dictus dominus

183.50

prepositus occasione hmoi flor tricentorū,
et infra tempus tenute sue aliquod dam:
num, expen, fatigas, labores, in eisdem bo:
nis fecerit et habuerit, hec non erunt
ipius domini prepositi sed nra. ad ipsius
simplicem assertionem et prolationem verborū,
Item intuitu seruitiorum nobis per ipm dicum
Prepositum impensorum, omnibus fructibus
de dicta villa percipiendis donauimus et prese
tibus graciose donamus. In cuius rei testimoni:
um, Sigillum nrm mediocre pntibus est ap:
pensum Actum et datum plocka ipo die
visitationis Marie Anno domini Millesimo An.° 1471mo.
Quadringentesimo Septuagesimo primo

1404

Transumptum Compro:
missi et Sentencie arbi:
tralis inter Joannem Du:
cem Mazouie et Subdi:
tos, Necnon Jacobum
Episcopum Plocen, capi:
tulum et clerum, super

183.50

prepositus occasione hmoi flor tricentorum,
et infra tempus tenute sue aliquod dam:
num, expen, fatigas, labores, in eisdem bo:
nis fecerit et habuerit, hec non erunt
ipius domini prepositi sed nra. ad ipsius
simplicem assertionem et prolationem verborum,
Item intuitu seruitiorum nobis per ipm dicum
Prepositum impensorum, Omnibus fructibus,
de dicta villa percipiendis donauimus et prese
norabilis Derslaus Cancellarius Vyschegra:
diensis loco sui compareant personaliter in
Polthowsko quinto decimo die a die Beati Scti
Michaelis Archangeli proxime venturū compu:
tando abinde ad dicta nemora progressurū et
facturū iuxta contenta in articulo nostre pri-

[E] als demonstrancium hoc nemora

V

175. 71

1483

Mazouie nobis nuper exibita petitio
continebat, quod si in ciuitate et eccla
plocen que inter alias cathedrales eccle-
sias illarum partium insignis et famosa
existit. Vnus magister in Theologia et
vnus doctor in Iure Canonico. seu duo
in vtraq dictarum facultatum cu
rigore examinis licenciati. qui c
et populo ciuitatis et ecclesie
alternatis vicibus predicarent
nes in ipsis facultatibus legerent
tarentur. et duo Canonicatus. ac due
prebende dicte ecclesie de Gumnyno et
Sandzyno nuncupate per cessum uel deces-
sum. seu quamuis aliam dimissionem
illos nunc obtinencium primo vaccaturi
Magistro et doctori seu licenciatis predi-
ctis pro tempore existentibus conferentur
et assignarentur. Profecto id in magna
ciuitatis et ecclesie predictarum venu-
statem ac cleri et populi predictorum.
necnon Scolarium et Simplicium persona-
rum ipsius ciuitatis cederet erudicione
et commodum. Quare pro parte Episcopi
et ducis predictorum nobis fuit humiliter
Supplicatum. vt vnum magrm in Theologia

et vnum doctorem canonico seu
duos in vtraq ipsarum cultum cū
dicto rigore examinatos licenciatos
deputari, duosq canonicatus et duas
prebendas supra specificatos. Cum pri-
mum vacauerit ut preferatur magistro
et doctori seu licenciatis predictis con-
ferri et assignari mandare. alisq sup
premissis opportune prouidere. de be-
nignitate aplica dignaremur. Nos igitur
qui decorem domus dei nostris potissime
temporibus adaugeri intensis desideriis affe-
ctamus. quia de premissis certam noti-
ciam non habemus, huiusmodi supplicatio-
nibus inclinati. discretioni nostre per
apostolica scripta mandamus quatenus
vos, aut duo aut vnus vestrum si ita est
ad id delectorum filiorum capituli
eccle ploccen expressus accedat assensus
prefato Petro et pro tempore existentibus
ploccn Episcopis. vnum magistrum in the-
ologia et vnum doctorem in Jure cano-
nico seu duos in vtraq earum facultate
tum tum simili rigore examinatos licen-
ciatos qui alternatis vicibus verbum
dei decro et populo prefatis predicare

necnon scholaribus ac simplicibus personis
ipsius ciuitatis lectiones in vtraq; ipsa:
rum facultatum legere debeant deputandi
dictosq; canonicatus et prebendas superius
denotatos ut prefertur · quam primum post depu:
tacionem ipsam et deinde quociens eos
vaccare contigerit magistro et doctori
seu licenciatis pro tempore deputatis
predictis conferendi et de illis sibi proui:
dendi plenam et liberam auctoritate no:
stra concedatis facultatem · Nos enim
deputacionem huiusmodi per nos vigore
presencium fieri contigerit ut prefertur
id canonicatus et prebende primo vaca:
turi et superius specificati huiusmodi
sub quibuscumq; gracijs expectatiuis
reseruacionibus vnionibus seu mandatis
de vniendo aut nominandi facultatibus
sub quibusuis verborum formis concessis
et in posterum concedendis · nunc comprehendi
debeant necnon acceptaciones collaciones et
prouisiones de illis pro tempore factas
Et quidquid secus [illegible] a quoquam
quauis auctoritate scienter uel ignoran:
ter contigeri attemptari irrita et inania

nullusque roboris uel momenti fuisse
aut esse auctoritate apostolica tenore
presencium decernimus pariter et decla:
ramus. non obstantibus constitucionibus
et ordinacionibus apostolicis. ac dicte eccle
Juramento confirmacione apostolica uel
quauis firmitate alia roboratis statutis
et consuetudinibus necnon quibusuis
gracijs expectatiuis nominacionibus reser:
uacionibus aut vnionibus seu mandatis
de[illegible]ndo in genere uel in specie et
sub quibuscumque verborum formis ac
eciam motus proprij. et alijs eciam deroga:
toriarum derogatorijs clausulis quibus:
uis personis concessis et concedendis. quorum
omnium effectus quo ad canonicatus et
prebendas specificatos et primo vaccatu:
ros huiusmodi auctoritate et tenore pre:
missis suspendimus ceterisque contrarijs quibus:
cumque Datum Rome apud Sanctum Petrum
anno incarnacionis dominice millesimo
quadringentesimo octuagesimo tercio nonas
octobris Pontificatus nostri anno
terciodecimo

Thimotheus

qm̃ etiam ad emptores molendini perti:
nebit pro nobis et nostris successoribus
duabus reseruatis. Tenebitur etiam mo:
lendinator eiusdem molendini pro nobis
et castro nostro perpetuis temporibus
molere frumenta blada et brasea absq;
metreta sine mensura. Item habebit
dictus Conradus et sui successores liberũ
vsum piscandi pisces in piscina molendini
cum quolibet paruo rethe excepta sagena.
Et quotienscumq; agger eiusdem molen:
dini aut fossatum per inundacionem aque
aut casu aliquo fortuito dissipabitur et
destruetur. Nos et nostri successores dictum
aggerem et fossatum proprijs sumptibus
et expensis de consilio et informacione eiusd.
Conradi uel ipsius successorum tenebimur
reformare. Omnia autem instrumenta
ferramenta et alia omnia pertinencia
ad molendinum predictum de blado mo:
lendini quod nos et molendinatores tanget
debent comparari. Item si molendinator
eiusdem molendini plures rothas uel

BIBLIOTHECA SEMINARII PLOCENSIS

alias aliquas vtilitates faciet. de ipis
medietatem habebit ipso viuente. et
pro nobis alia medietate reseruata. Quo
defuncto. tantum tercia pars successoribus
suis veniet et cadet. Item licebit eidem
Conrado et suis successoribus in eodem
molendino libere vendere panem carnes
et potum. Tenebitur etiam idem Con:
radus et sui successores omnibus de
se querulantibus coram aduocato
Polthonien iure Culmen respondere.
Habebit etiam idem Conradus et sui
successores liberam facultatem dictum mo:
lendinum vendendi. donandi. commu:
tandi. in quem nos et nostri consenserint
successores. In cuius rei testimonium
sigilla nostra et capituli nostri presentibus
sunt appensa. Actum et datum in Ploczk
in die sancte trinitatis anno domini
1380 Millesimo tricentesimo octuagesimo
Presentibus honorabilibus et discretis
viris dominis Meczslao Decano. Nicolao
Scolastico Stiborio Archidiacono Nicolao
Cantore

Hec litera est infra folio 1041

Cantore. Swantoslao Custode. Jo=
hanne Archidiacono Dobrinensi.
Styborio Cancellario. Petro Officiali.
Alberto de Jemelnicza. Msciszcone
de Olthowo. Jacobo Cristini. Jo =
hanne Pustolka. Martino Szczak.
Nicolao Cres Canonicis et Prela-
tis nostris Plocensibus et alijs
quam plurimis fidedignis.

Littera Stanislai Epi Plocen. permutationis decime in Brunowo pro prebenda s. Petri pertinentis pro tribus mansis in Borzischewo.

In nomine domini amen ad perpetuam rei memoriam. Quoniam humanarum rerum labilis perit memoria nisi scripturarum testimonio

et testium annotacione fidedigno=
rum roboretur. ne lapsu temporis eua=
nescat. Hinc est. quod nos Stanislaus
dei et apostolice Sedis gracia Episco=
pus Plocensis notificamus tenore
presencium quibus expedit vniuer=
sis presentibus etfuturis. Quomodo
ex causa permutacionis inter nos
et venerabilem dominum Joannem
Decanum Warschouiensem et cano=
nicum Plocensem fratrem nostrum
dilectum pro tribus mansis agro=
rum elaboratorum mensure Cul=
mensis in villa Borzyszewo mense
nostre episcopalis nomine fundus pre=
bende et canonicatus Beatorum Petri
et Pauli apostolorum emensuratis
prout in longum et latum sunt dis=
tincti et limitati ac emensurati fac=
ta. Quos tres mansos pro mensa
nostra episcopali recepimus et ad
villam nostram Borzyschewo ad=
duximus et appropriamus. Racione
cuius permutacionis et appropriacionis
ac recepcionis sibi decimam in Brunowo
villa nobilis Sigismundi heredis in Nysczycze
sita in

1439

districtu plocen̄ seminis et grani
vniuersi loco predictorum trium man:
sorum de consensu et ratihabitione
venerabilium et honorabilium fra:
trum nostrorum dominorum prelato:
rum et canonicorum capituli nostri
plocen̄ die date presencium nobiscum
in capitulo generali congregatorum
ad nos et mensam nostram episcopalē
ab antiquo de iure et consuetudine
spectan̄ et pertinen̄ dedimus donauimus
et incorporauimus. damusq; donamus
ac nomine fundus prebende et canoni:
catus beatorum petri et Pauli
apostolorum incorporamus et assigna:
mus perpetuo et in eum nichil iuris
proprietatis aut dominij pro nobis
et successoribus nostris in eadem reser:
uan̄ per ipsum dominum Joannem
decanum et canonicum aut eius succes:
sores pro tempore haben̄ tenen̄ vtifruen̄
ac pacifice libere et quiete pleno iure
et dominio perpetuo et in eum possidenda

NB. Privilegium Erectio=
nis Canonicatus Fundi
SS. Petri et Pauli Apost.
in Cathdli Plocen. non
integrum t. sic principio.

~~Hæc litera~~

Hæc litera Stanislai
episcopi Plocen. est
infra fol: 1045.

An. 1439.

In cuius rei testimonium sigilla
nostrum videlicet et capituli nostri
predicti presentibus sunt appensa Actu
et datum in Ploczka feria quarta in
octaua sancte Agnetis sub anno Natiui:
tatis domini Millesimo quadringentesimo
tricesimo nono Presentibus venerabili:
bus honorabilibusq; dominis Jacobo Jasz:
czoldz Preposito Borscha decano Stibo:
rio Archidiacono et officiali Stanislao
Scholastico Ioanne Custode Joanne
Cancellario Andrea Abbate Czirwenen
Sthephano preposito Warschoviensi
Stanislao Bogel de Grochowo Andrea
de Plonsko Tycza de Camyon Magistro
Paulo de Grampczewo Martino de Schs:
czynye Alberto de Zagroba dominico
de Jszewo Jacobo predicatore Petro
de Bandzyslaw Jacobo de Gylowo Stibo:
rio de Sthrozewo Michaele olim Dolan:
ga de lang Petro de Gambino alys q3
prelatis et canonicis plocen capitulari:
ter congregatis

Bulla Clemetis pape Confirmatoria Priuilegiorum Jurium et consuetudinum Sancte Ecclie Cathedralis Plocen.

Clemens episcopus seruus seruorum dei. dilectis filijs plocen capitulo salutem et apostolicam benedictionem. Quociens a nobis petitur quod iuri et honestati conuenire dinoscitur animo nos decet libenti concedere et effectu prosequenti complere. hac itaq; consideracione racionis inducti. et vestris iustis postulacionibus prouocati ecclesiam vestram in qua gratum domino rependitis famulatum cum omnibus que in presenciarum racionabilis possidet uel in futurum iustis modis prestante domino poterit adipisci sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et pntis scripti patrocinio communimus.

Antiquas eciam et racionabiles consuetudines

Sine iura dignitates ecclesiasticas
sine circa alium nostre statum eccle
ratas habemus easq futuris tem:
poribus manere decernimus illibatas
nulli ergo omnino hominum liceat
hanc paginam nostre protectionis et
confirmationis infringere uel ei ausu
temerario contraire. Si quis hoc
attemptare presumpserit indignacionem
omnipotentis dei et Beatorum Petri et
Pauli apostolorum eius se nouerit incur:
surum Datum lateram tercio no:
nas Augusti Pontificatus nostri
anno primo

Priuilegiu Concordie et
componis amicabilis
Inter Thoma Plocen
et Verneru Culmen
Epos. Mediante qua
Epus Plocen cessit

265
77
265
2

Iurisdicioni sue in ter-
ra Culmen. Rone cu-
ius Ecclia Culmen
Villa Orzechow. et
tricetos masos Eccle
Plocen cotulit

In nomine sancte et indiuidue trinitatis
amen. Nos deigracia frater Vernerus
Culmen ecclesie episcopus. Ad perpe-
tua rei memoriam, littes que prodige
sumptuum liberales laborum parce mo-
destie et ignare quietis esse noscuntur
ab hijs precipue sunt vittande que in
prelacionis officio constituti quasi pen
ne columbe deargentate sibi et subditis
splendere debent pacifici sedentes in pul-
critudine pacis tabernaculo fiducie
et requie opulenta sane dum inter vene-
rabilem patrem dominum Thomam plo-
censem Episcopum ex vna et nos fratrem
Vernerum Culmen Episcopum ex parte
altera super Iuribus Episcopalibus terre
Culmen antiquae dissensionis materia inno-
uato et spiritu suscitata fuisset

Coram domino Petro Lancicien Decano a Sede Apostolica Iudice delegato nos cupientes charitatis et dilectionis funiculo colligari mediantibus venerabili Patre domino Vyslao Wladislauien Episcopo et fratre Meycone de Querenworde magistro terre Prussie inter nos concordiam seu compositionem amicabilem inimimus sub hac forma. Quod videlicet prefatus Plocensis Episcopus pro se et suis successoribus de consensu sui capituli legittimo cessit et renunciauit omni iuri Episcopali et omni actioni si quod uel si qua sibi uel suo capitulo in terra Culmen predicta forsitan competebat. Promittentes bona fide omnia instrumenta seu priuilegia uel rescripta ad predictam causam quocumque modo spectancia infra instans purificacionis festum ad manus predicti magistri terre Prussie modis omnibus assignare nichil iuris temporalis uel spiritualis in eadem terra Culmen sibi seu suis successoribus reseruato. Nos vero Culmensis Episcopus in condicione remuneracionis premium amicabilis

et Libere cessionis memorato Plocen
episcopo et ecclesie sue villam que
Orzechow vulgariter nuncupatur cu
omnibus suis limitibus et pertmen
cijs ad eandem dedimus tradimus et
assignauimus pleno consensu nostri Ca
pituli accedente nichil nobis nostrisq
Successoribus temporalis Jurisdicionis
in eadem villa retentu addicientes
mensuras Episcopales prefate plocen
ecclesie de gracia speciali declarantes
etiam bona fide q in predicta villa Orze
chow sibi et ecclesie sue cum Jure pleno
natus triginta marcarum redditus assi
gnamus. Preterea dedimus et tradidimo
dicto Plocensi Episcopo et ecclesie sue in
terra Lubanie trecentos mansos dioceseis
Plocensis contiguos et extra Bozzam positos
ubi sibi videbitur expedire quos plocensis
ecclesia tam in spirituali qm̃ etiam tem
porali Jure cum pleno dominio et honore
perpetuo possidebit. Verumtamen de quali
tate et situ predictorum mansorum cum
prefatus dominus plocensis Episcopus
acceptabit eosdem ad possessionem ipsorum

plenariam nanciscetur. non obstante
hoc rescripto promittimus bona fide
eidem plocen̄ episcopo et sue ecclesie
dare super hoc speciale priuilegium
perpetuo duraturum. Si vero sittum loci
talem contigerit reperiri quod per men:
sure funiculum Borra non poterit euitta:
ri. Dominus plocen̄ Episcopus quadra:
ginta mansos in borra acceptare tenebi:
tur et non plures. Insuper nos sepedi:
ctus Culmen̄ Episcopus tam de prefa:
ta villa Orzechow qm̄ de trecentis mansis
predictis cauimus et teneri volumus
de euictione omnimoda cum effectu. Ita
quod si per quemcumq; de predictis
uel aliquo predictorum suscitari contige
rit questionem. Et magister terre Prus:
sie qui huic ordinacioni interfuit cum
suis fratribus militibus crucis christi
promisit sepedictum plocen̄ Episcopum
manutenere defendere tanqm̄ suum
in omnibus supradictis. hanc autem
concordiam seu amicabilem composicionē
tenere et in perpetuum firmiter obseruare
sub pena M. marcarum puri argenti

nos pro nobis et nostris successoribus
per solennem stipulacionem paciscentes
adinuicem promiserunt. Quam penam pars
composicionem obseruans a parte non
seruante petere et exigere valeat cum
effectu quociens eadem concordia seu com
posicio in toto uel in aliqua sui parte fue:
rit violata composicione nichilominus
in suo robore permanente. Et ne versu:
ta fraudis subtilitas calumnie scrupu:
lum ingerat in futurum quominus eadem
composicio validum perpetuumque robur
obtineat uel pena predicta exigi seu
exacta valeat retineri. Renunciauimus
vero voluntarie dicte partes exceptioni
doli et metus actioni in factum. Condicio:
ni indebiti et sine causa beneficio restitu:
cionis in integrum. Priuilegio fori litteris
et indulgenciis apostolicis impetratis uel
eciam impetrandis contradictioni litterarum
apostolicarum conueniendi in Iudices et
in loca constitucioni de duabus dietis edite
in concilio generali. oblacionem libelli
appellacionis remedio et omnibus aliis iuris
auxiliis et cautelis per que predicta

vel aliquod predictorum possent impo:
sterum impediri. Renunctiantes spe:
cialiter quod generalem renunctiacionem
innuit non valere. Ad maiorem aut
euidenciam omnium predictorum
presentem paginam conscribi procura:
uimus et nostro videlicet Culmen ecclesie
Episcopi et capituli nostri et Vene:
rabilium patrum domini Thome Plocen
Episcopi et sui capituli. Et domini Wla:
dislauien Episcopi necnon domini Petri
Lancicien Decani a sede apostolica Iudicis
delegati ac fratris M. Supradicti Ma:
gistri Prussie sigillis communiri. Testi:
um autem qui huic composicioni inter:
erant hec sunt nomina ex parte nostri
Culmen Episcopi frater henricus Prepo:
situs frater Johannes Custos. frater
henricus Cantor. frater Conradus de
Elbingo frater henricus de Munsterberch
et frater nicolaus canonici Culmensis
ecclesie. Ex parte vero domini Plocen
Episcopi dominus Joannes Decanus Hosti:
co Archidiaconus Bartholomeus
Custos. Nicolaus scolasticus Jacobus

nisi Episcopus. Item idem homines
non compellantur edificare castra
ducis, sed construant castra et osseko-
nes et alias firmitates in desolatis Burgis
et predijs ecclesie afflicte et Episcopatus
deuastati. Item non teneantur solue-
re siluestrem falconem si deperit quia
eiusdem est libertatis in aere cuius
piscis in mari sed iam inuentum
nidificantem adiuuent inanos custo-
dire pullos eius. Item ducant Poduo-
das ~~or~~ in ordine ad ~~villas~~ de villa ad
villam proximam sed non accipiantur
equi eorum mittendi in Prussiam uel
Podyasdam. Sed si emuntur equi de com-
muni ad talia negocia homines illi appo-
nant partes suas. Item Preuod nobilium
ducant in ordine cum curijs nobilium
sed Preuod rusticorum non ducant. Item
noua seruitus in Radeyow seruandi
hominem in trunco Iudicatum a Iudice
Crusuicen et deducendi in Crusnic dele-
atur. quia hec non fuit in tempore domi-
ne que contulit deo Radeyow. Item Capre-
olos wlpes et lepores et asperiolos non
impediantur clerum predijs eccle venari

BIBLIOTHECA SEMINARII PLOCENSIS

omnimode · sed homines eorum tantu
cum pedicis · sed non cum rethibus · Ite
sicut hactenus fuit et nouiter reno
uatum est in colloquio de Plocz · si homo
de Nosydlsk uel de alio castro fecerit ma:
lum homini de Polthowsk · ~~sed coram~~
Iudice non prouocetur homo ille coram
Iudice de Polthowsk · sed coram Iudi:
ce illius castri cuius est homo ille et tribu:
nus de Polthowsk cum actore suo vadant
ad Iudicem illius castri et vtrumq; ca:
strum percipiat partem suam de re
iudicata similiter si homo de Poltho:
wsk fecerit malum homini de Nosydlsk
uel alterius castri · non prouocetur ho:
mo de Polthowsk coram Iudice de No:
sydlsk nec coram Iudice alterius ca:
stri · sed prouocetur coram Iudice de Pol:
thowsk et tribunus illius castri cum
actore suo vadat ad Iudicem de Polthowsk
et vtrumq; castrum percipiat partem
suam de re iudicata ita ut idem ius
et par ius seruent sibimuicem ista
castra · Item quia scio q̄ qui commu:
nicat excommunicato excomunicatus est

Promitto non communicare excom-
municatis. Sed persequar eos si non
satisfecerint ecclesie sicut omnes duces
nos obligauimus in colloquio de Prasna
Item considerantis desolacionem Episco-
patus Mazouien. in remissionem peccato-
rum meorum et saluacionem anime mee
uolo ut sicut annona que colligitur in
villis que non sunt ecclesie datur in con-
seruacione castri Vysne ita annona que
colligitur in villis que sunt ecclesie acci-
piatur in conseruacione castri Poltyowsk
Item Opogi villam Episcopi Mazouien.
absoluo a Pawosz et a vacca Poduorova
et ab hirco falcanariorum. Ego michael
Cuyauien. Episcopus qui hoc negocium
tractaui subscribo. Ego quoque Gunterus
Episcopus Mazouien. qui hoc priuilegium
obtinui a duce Conrado subscribo. Idem
eciam dux cum consilio Barronum suorum
sicut in alijs Priuilegijs eius habetur
abolevit vrnam mellis que exigebatur
a Pauperibus viduis nubere volentibus
Volens eciam abusum corrigere et ecclesiam
dei iustis decimis non fraudari. Statuit ut

34

in tota mazouien tam circa Bug quam
als soluantur manipulate decime
ubi hactenus consueuerant soluere
cunas uel asperiolos pro decimis. Con:
stituit etiam ut cuilibet vidue non
habenti filium ex viro defuncto si
dos quam secum attulit non super extat
de bonis viri defuncti prius exoluatur
integre extimacio totius suppellectilis
quam secum adduxit uel attulit ut suda:
ricium et aliarum rerum et utilitatis
exinde prouenientis. Et tunc demum reli:
quum reputetur Puscina. Saluo tamen
eo si vir moriens aliquid legauerit
vxori relicte uel ecclesie. nulli ergo om:
nino hominum liceat hanc paginam
nostre confirmacionis infringere uel ei
ausu temerario contraire. Si quis
autem hoc attemptare presumpserit indi:
gnacionem omnipotentis dei et Beatorum
Petri et Pauli apostolorum eius se
nouerit incursurum Datum Reate
Nono Calendas februarij Pontifi:
catus nostri anno quinto

inches 1 2 3 4 5 6 7 8
cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Kodak Color Control Patches
© Kodak, 2007 TM: Kodak
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

260 82


inches
cm
Kodak Color Control Patches
© Kodak, 2007 TM: Kodak
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black

261
261 83
1232
261

Bulla Gregorij Pa-
pe noni. Confirma-
tionis Priuilegij li-
bertacion et immu-
nitatu Ecce Plocen.
Per Conradu antiqrum
Duce Mazouie et Cu-
yawie, Ecce Ploc Con-
cessaru. Cetera que sut
cont Eccam. abrogata
tand sut p alia priuilea

Gregorius Episcopus seruus seruorum
dei. Venerabili fratri episcopo et dilectis
filijs capitulo mazouien salutem et Apo-
stolicam benedictionem. Solet annuere se-
des apostolica. Pijs votis et honestis peten-
cium precibus fauorem beniuolum impe-
tiri. Capropter dilecti in domino filij
vestris iustis postulacionibus grato concur-
rentes assensu libertates et immunitates
[illegible] ecclesie vestre a nobili viro Conrad[illegible]

BIBLIOTHECA SEMINARII PLOCENSIS

Duce Mazouien et Cuyauien pyaliberalitate concessas sicut eas iuste ac pacifice obtinetis et in litteris ducis eiusdem exinde confectis dicitur plenius contineri Quarum tenorem de verbo ad verbum presentibus Iussimus annotari nobis et per nos ipsi ecclesie auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus Tenor autem earundem litterarum est talis. Ego Conradus Dux Mazouie et Cuyauie promitto pro nomine domini et salute anime mee me conseruare hanc libertatem ecclesie Mazouie quod Caniductores et venatores cum retibus et falconarij non intrent villas Episcopi et Canonicorum et Abbatum. Sed cum Caniductore et indagatore perlustrent syluas sui ambitus et obseruent in villa sua transnataciones cerui Sed non vadientur de vacca vna nisi in iudicio conuicti de negligencia. Item Brassacio potus nostri non ponatur in eisdem villis. Item homines inhabitantes easdem villas non vadientur sine consciencia episcopi prius condemnati iusto iudicio et nullus iudicet a scriptis

961. 84

Tenorem. Quo religiosus vir domi:
nus Paulus Prepositus Ecclie Sancte
Marie Magdalene extra muros Plocen
vna cum Lludimilla priossa et Mar:
garita Custode, ceterisq sororibus ibi:
dem conuentus ipar ob meritu salutis ani:
marum suarum, et ipsorum suctessorum et
ecs vt hereditas ipsorum Barczicze nunc:
cupata circa Buk fluuium in districtu
Varsouien situata co facilius et ad vsus
possit deduci vberiores, nobis supplica:
runt, ut Ecclam Parrochialem in ea:
dem hereditate ipsorum Barczicze fun:
ipsorum daremus, vnde nos salubribus peticio:
NB nibus acclinati, cupien ecia diuinum cul:
tum in nra diocesi ampliare prout
hoc ad nos ex officio nostro pertinere
dinoscit pastorali. Sed ne alicui Ecclie
vicine in aliquo preuidicare videre:
mur, prius discretis Andrea de Wi:
skowo Petro de Clambowo Nicolao
de Siroczecz Plebanis ad nostra au:

dienciam cittatis, et in termino ipsis as-
signato comparentibus et non contradi-
centibus, immo consencientibus principaliter
ad honorem dei omnipotentis et beate
Marie virginis genitricis Christi Sancti
que Stanislai martiris gloriosi cum con-
sensu fratrum nostrorum dominorum Cano-
nicorum Capituli Plocensis, Ecclesiam Parro-
chialem ibidem in Barczicze hereditate
fundamus et ereximus, et ut ea-
dem Ecclesia certum fundum habeat
et in sua fundacione firma existeret
et ipsius Rectores comelius circa ipsam
possent stare et contentari, ad peticionem
domini Prepositi prenominati et sororum
conventus predicti adiungimus et ascribi-
mus eidem Ecclesie Jure Parrochiali pre-
dictam hereditatem Barczicze cum decis
manipularibus cuiuslibet grani et e-
ciam pecuniarialibus si que fierent post
Kmethones et alios Incolas in eadem
nunc existentes et eciam in alijs villis que
postea intra Granicias totius heredi-

et difinitum et pro parte consulum
et proconsulum predictorum male
prouocatum et de nullitate dictum
ipsiusq; domini Guillermi coauditoris
processum et sententiam confirman:
das fore et confirmamus · eosdemq;
proconsules et consules aduersarios
in expen in huiusmodi causa pro
parte domini Erasmi episcopi predicti
coram nobis propterea legittime factis
condempnandos fore et condempnamus
quarum expen taxacionem nobis impo:
sterum reseruamus · huiusmodi siquidē
sentencia manu ipsius domini Nicolai
de Aretio coauditoris nostri his verbis
Ita pronunciaui ego Nicolaus de Aretio
Auditor . Ab ista vero difinitiua sen:
tencia pro parte dictorum proconsulū
consulum vniuersitatum et hominum
exaduerso principalium ad prefatum
dominum nostrum Papam ac sedem
apostolicam prestitam similiter appel:
lato apostolisq; petitis et subsecutis
idem dominus noster Papa quandam.

aliam commissionis cause appellacionis
cedulam nobis Mercurio auditori prefato
per vnum ex dictis suis Cursoribus pre:
sentari fecit quam nos cum ea qua decuit
reuerencia recepimus huiusmodi sub
tenore. Dignetur Sanctitas vestra cau:
sam et causas appellacionis et appella:
cionum pro parte deuotorum oratorum
vestrorum proconsulum consulum
vniuersitatum et hominum oppidi
Thorunen culmen diocesis nullitate
iniquitatis et iniusticie a quadam
pretensa diffinitiua sentencia per
Reuerendum patrem dominum Nico:
laum de Aretio Sacri palacij aposto:
lici causarum aditorem in causa que
tunc coram eo in secunda et alis coram
Reuerendo patre domino Guillermo
Cassador dicti palacij causarum eciam
auditorem in prima versa fuit instan:
cijs inter Reuerendum patrem domi:
num Erasmum Episcopum plocen
actorem ex vna. et proconsules consu:
les communitatem et homines oppidi
Thorunen prefati de et super iure

925.
86

silencij imposicione ac expensazio
condempnatione reportauit sentencias
quarum vltima per Reuerendum
patrem dominum Mertuzium de
vipera dicti sacri palatij tansarum
auditorem promulgata existit. Sed
quia pater Sancte parum esset sen:
tencias ferre nisi esset qui eas debite
execucioni demandaret. Supplicat hu:
militer Sanctitati vestre dicta creatura
quatinus eidem domino Mertuzio com:
mittere et mandare dignemini ut pefa:
tas Sententias contra eosdem proconsu:
lem Consules ac totam communitate
per omnes ecclesiasticas Sententias
Censuras et penas et alia iuris reme:
dia execucioni debite demandaret tu
potestate etiam quoscumq; processus
desuper opportunos Suo Sub Sigillo dece:
nendum et expediendum illas quo
aggrauandi reaggrauandi et auxi:
lium brachij Secularis inuocandi
decernat et expediat et in eucntum

non partitionis omnium et singulorum
premissorum eosdem proconsulem
consules et communitatem ac contra-
dictores impedientes et rebelles qui
parere contempserit sententias et
censuras predictas dampnabiliter
intidisse et incurrisse et eas ac
processus desuper habendos aggranet
& reaggranet et interdictum ecclesiasti-
cum ponat et auxilium brachij
secularis inuocet / ceteraq; faciat
que in premissis et circa ea fuerint
quomodolibet opportuna / premissis
ac constitutionibus et ordinationibus
apostolicis necnon cancellarie regu-
la sanctitatis vestre qua inter alia
cauetur expresse quib; mandata apo-
stolica super exequendis sententijs
in dicta curia latis sub plumbo
expediantur dis sunt nulla cui
derogare placeat · ceterisq; contrarijs
non obstantibus quibuscumq; Sta-
tum merita et formas tenores et
effectus omnium et singulorum

929.87

debite demandari litterasq; siue
processus executoriales desuper opportu:
nas in forma solita et consueta decerni
et concedi vel dicendum et causam si
quam habuisset racionabilem quare pre:
missa fieri minime debuissent allegandi
per vnum ex sepedict domini nostri pa:
pe cursoribus cittari mandauimus et
fecimus ad certum peremptorium termi:
num competentem ad diem videlicet
et horam infrascriptos · Quibus quidem
die et hora aduenientibus comparuit
in iudicio legittime coram nobis Mgr
Jacobus Cortesius procurator predictus
nomine quo supra procuratorio Et
dicti magistri Bernhardi Mochari exad:
uerso procuratoris non comparentis
contumaciam accusauit ipsumq; con:
tumacem reputari · et in eius contu:
maciam Omnes et singulas expensas
pro parte dicti domini Erasmi Episcopi
principalis in hac causa ut premitti:
tur factas et in quibus Proconsul
Consules communitas et homines
exaduerso principales prefati per

preinsertas sententias sententialiter
condemnati existunt taxari et moderari
necnon sententias et taxationem ex
pensarum huiusmodi exequi et execu:
cioni debite demandari litteras quoque
sive processus executoriales desuper
opportunas iuxta et secundum ultime
preinserte commissionis vim formam
continentiam et tenorem in forma soli:
ta et consueta decerni et concedi per
nos debita cum instancia postulavit
Nos tunc Mercurius Auditor et
executor prefatus dictum Magistrum
Bernhardum Mocharum exaduerso
procuratorem non comparentem
reputavimus non immerito prout
erat iusticia suadeñ contumacem
Et in eius contumaciam attendeñ
postulacionem huiusmodi fore iustam
et consonam racioni quoque parum
prodesset sententias ferre et expensas
taxare nisi debite execucioni deman:
darentur ac volentes dictam nobis
ultimo factam et presentatam commissionis

ad effectum debitum deducere ut tene:
mur. Idcirco auctē apostolica nobis com:
missa et qua fungimur in hac parte pri:
mitus omnibus et singulis expensis
supradictis ut premittitur pro parte
dicti domini Erasmi Episcopi principalis
factis et in quibus proconsul consules
ac communitas et homines prefati ex
aduerso principales sentencialiter con:
demnati existunt ad octuaginta duca:
tos auri de camera boni et iusti pon:
deris prouida moderacione preuia
per nos ritte taxatis et moderatis Jura:
mento eiusdem Magistri Jacobi Corte:
sij procuratoris desuper legittime sub:
secuto. Quod eius principalis huiusmodi
littis siue littium prosecucione tantu
et vltra exponere habuit sentencias pre:
insertas expensarum taxacion predict
exequendi et exequcioni debite deman:
dandi. Litteras q̄ siue processus exequto:
riales desuper opportunas iuxta vltio
preinserte commissionis vim formam
continenciam et tenorem in forma

Solita et consueta decernendas et
concedendas duximus et decernimus
prout decernimus et concedimus per
presentes sub modificatione infrascripta

113 Quc omnia et singula premissa et hunc
nostrum processum ac in eis contenta
vobis omnibus et singulis supra-
dictis quibus presens noster processus
dirigitur intimamus insinuamus et
notificëamus ac ad vestram et cuius
libet vestrum noticiam deducimus
volumus per presentes. vos nichilomq
et vestrum quemlibet auctoritate pre-
dicta tenore presencium requirimus
et moncmus primo. secundo tercio
et peremptorie et vobis et vestrum
cuilibet in virtute Sancte obedientie
et sub infrascriptis sentenciarum pe-
nis districte precipiendo mandamus
quatenus infra sex dierum spacium
post presentacionem seu notificacio-
nem presencium et requisitionem
vobis seu alteri vestrum pro parte
dicti domini Erasmi Episcopi

omnes et singulas ciuitates terras
oppida castra villas suburbia et qua-
zumcumqz ecclesiarum collegia parro-
chias et alia quecumqz loca in et sub
quibus et ad que denunciatos aggrava-
tos et reaggravatos predictos aut eorū
aliquem morari declinare seu deuenire
contigerit quamdiu ibidem fuerit
seu aliquis eorum fuerit ecclesiastico
subpomimus interdicto supradictis
subdelegatis nostris sub dicta excom-
municationis pena mandantes quatz
ex tunc quamdu ydem denunciati
aggravati et reaggravati in locis
predictis fuerint Si aliquis eorum
fuerit cessent et ab alijs cessari faciat
a diuinis. Quamquidem cessationē
etiam per tres dies continuos post
ipsorum denunciatorum aggravatorū
et reaggravatorum uel alterius
eorundem abinde recessum observent
et continuent ac ab alijs quantum
in eis fuerit observari et continuari
faciant et permittant. Ita et taliter

Quod huiusmodi stante interdicto
nulla ecclesiastica Sacramenta in et
sub eisdem locis in quibus dicti denun:
ciati aggrauati et reaggrauati fuerint
seu aliquis ipsorum fuerit ministrentur
nisi penitencia et Baptismus omnibus
indiferenter Eucharistia infirmis
tantum et matrimonium sine ecclesia:
stica solennitate contrahatur inibiq;
et sub eisdem locis decedentibus eccle:
siastica denegetur sepultura

Demum vero si prefati denunci:
ati aggrauati reaggrauati et interdicti
interdictum huiusmodi per alios decē
dies ipsius publicacionem et dictos tri:
ginta dies immediate sequentes sustinu:
erint ac processibus mandatis monici:
onibus et inhibiciombus nostris hmōi
ymouerius apostolicis non paruerint
cum effectu quod deus auertat nos
extunc quia mucrone non proficiente
ecclesiastico temporalis saltim gladius
non immerito sufragatur auxilium
Brachÿ secularis duximus inuocand
ut quos dei timor a malo non reuocat

temporalis saltem coherceat seueritas
discipline. hinc est quod vos Illustrissi:
mum principem et dominum dominum
Sigismundum Polonie Regem antedictū
prefati gladij in illis partibus principalē
vibratorem et iusticie zelatorem in do:
mino exhortamur. vosque dominos du:
ces Marchiones Comites Barones
Proconsules magistros ciuium Scabi:
nos iudices officiales et alios supradi:
ctos iurisdictionem temporalem et or:
dinariam per vos uel alium seu alios
exercēn quibus presens noster processus
dirigitur dicta auctoritate tenore pre:
sencium requirimus et monemus
Primo secundo tercio et peremptorie
vobis et vestrum cuilibet in virtute
Sancte obediencie et sub excommunica:
tionis pena quam in vos et vestrum
quemlibet canonica monicione premissa
ferimus in hijs scriptis nisi feceritis que
mandamus districte precipiendo man:
dantes quatinus infra sex dierum spaci:
um post supradictos terminos

Successiue per expressos necnon notifi-
cationem presencium ac publicationem
vobis seu alteri vestrum in vestris territo-
riis Jurisdictionibus et districtibus ac
requisicionem pro parte dicti domini Cras-
mi Episcopi primcipalis desuper factas
immediate sequentes · Quorum sex
decim duos pro primo duos pro scdo
et reliquos duos dies vobis et vestrum
cuilibet pro tercio et peremptorio termino
ac monicione canonica assignamus
vos omnes et singuli domini tempora-
les antedicti · Quorum omnium super
hoc auxilium Brachij secularis muo-
tamus quotiens et quando pro parte
dicti domini Erasmi primcipalis vigore
presencium super hoc fuoritis requisiti
seu alter vestrum fuerit requisitus in
iuris subsidium contra prefatos denun-
ciatos aggrauatos reaggrauatos et
interdictos dicta auctoritate aposto-
lica per captionem muasionem incar-
ceracionem et detencionem personarum
corporum verum et bonorum eorundem
insurgatis et alios insurgere faciatis

deo paratum ammitteretis licet vos
huiusmodi nostris sentencijs ligari nolu:
mus ob reuerenciam vestre Regalis
celsitudinis non immerito deferentes
intuitu tamen iusticie et ob sancte sedis
apostolice et prefati sanctissimi domi
nostri Pape Reuerenciam eandem ve
stram Regalem celsitudinem ad profa:
tam exequcionem efficaciter adimplen:
dam in domino exhortamur ∴

Et generaliter dicti subdelegati
nostri omnia et singula vobis in hac
parte commissa plenarie exequantur
iuxta traditam seu directam a sede
apostolica vobis formam et dicte vltie
commissionis nobis facte tenorem. Ita
qd ipsi subdelegati nostri uel quicumq
alij uel alius nihil in preiudicium
dicti domini Erasmi Episcopi princi:
palis valeant attemptare neq in pro:
cessibus per nos habitis aut sentencijs
per nos latis absoluendo uel suspendendo
aliquid immutare. In ceteris autem
que eidem domino Erasmo Episcopo

principali nocere possint super premis:
sis in aliquo seu obesse ipsis et quibus
cumque alijs potestatem omnimodam
denegamus. Et si contigat nos super
premissis in aliquo procedere de quo nob
potestatem plenariam reseruamus
non intendimus propterea Commissio:
nem nostram huiusmodi in aliquo
reuocare nisi de reuocacione ipsa
in litteris nostris specialem et expressa
faceremus mencionem. Presentesque
litteras apostolicas siue hunc nostrum
processum exequtorialem volumus pe:
nes dictum dominum Erasmum Epi:
scopum principalem uel procuratorem
suum remanere et non per vos aut
aliquem vestrum contra ipsorum vo:
luntatem quomodolibet detineri. contra:
rium vero facien prefatis nostris sen:
tencijs prout in his scriptis late sunt
predicta Canonica monicione premissa
ipso facto volumus subiacere. Manda:
mus copiam fieri de premissis eam pe:
tentibus et habere debentibus petencium

92

Burgundie. flandrie. Tirolis Goritie. Az:
thesie. ferretis Kiburgi. Namurci et Dutpha:
nie Marchio Sacri Romani Impery Super
Anasum et Burgony dominus frysie Mar:
chie Selauonie. Nechlinie portus naonis
et Saluiarum &. Ad perpetuam rei memo:
riam dum ad presentem Augusten connen:
tum, Quem pro Cristiani status salute ad
decernendam communem expeditionem
contra Turcas cum Reuerendissimis Car:
dinalibus Sanctissimi domini nostri legatis
de latere et omnibus principibus electo:
ribus. ac alys ducibus singulis & statibz
feliciter celebramus plures Regum Orato:
res conuenissent. inter quos Serenissimi Re:
gis Polonie nomine venit orator Venerabile
deuotus nobis dilectus Erasmus Epus
Ploten. Quem nos ob cuis ingentam hu:
manitatem. doctrinam. multifariam pru:
denciam. consilium. eloquenciam et ma:
turam in rebus agendis dexteritatem
singulari amore et gracia nostra complecti
sumus. suis in ommbus votis annuen
qui inter alia mentis suc desideria nobis
exposuit. Quomodo in ecclesia sua cathedrali
ploten si caput sancti Sigismundi Burgundionu

1102

Regis cum summa mortalium deuotione
reuerencia et veneracione conseruatur/
Indeq; dicte ecclesie et totius diocesis pa:
tronus existat. cunus honorabile capitu:
lum per dictum Oratorem et Episcopum
ipsorum insigne sibi dignum aliquod a nob
dari supliciant. quo in litteris suis et ubi:
libet pro honore ipsorum et ecclie libere
uti posset. Nos vero cupientes omni
beniuolencia nostra desideriis dicti Epi
et oratoris satis-facere animo deliberato
et ex certa sciencia nostra dedimus et
concessimus. ac damus et concedimus
predicto capitulo et ecclesie sue arma
sunt insignia infrascripta videlicet aureca
coronam in campo celestino. quibus
antiquissimi Burgundionum Regis a
magno usq; Athanarico genus excellentis:
simum deducentes. ac ipse Sanctus Regis:
mundus usus esse dignoscitur. Stella crista
similiter aurea in eodem campo celesti:
no supra coronam eminente que San:
ctos Reges illuminans ad presepe et re:
gnum eternum conduxit. cam nos ob
sanctitatem illius regis apponentes
interiorem vero non partem clipei media

Posnanien possidet, in quo loco constru-
ere debet curiam pro placito suo et eand
versus campum dilatare poterit quantu
necessitas exposcet sine alicuius prohibici-
one, et impedimento, dummodo vie publi-
ce nullum afferat nocumentum. Quia
curia idem dominus Episcopus, Ad
tempora vite sue libere vtetur. Saluo
tamen censu nostro Regio ex eisdem
areis solui consueto. Incorporamus pre-
terea areas dictas cum omnibus edificijs
quecumque in eis parabuntur. pro Episco-
patu plocensi ita ut quilibet Episcopus
plocen. post mortem dicti domini Eras-
mi Episcopi eandem curiam cum vero
Jure, dominio, et proprietate possideat,
perpetue et in eum harum quibus sigil-
lum nostrum est subappensum testimonio
litterarum Datum in Conuencione gene-
rali Pyothrcouiensi Sabbato post festum
pasche Anno natiuitatis domini
Millesimo quingentesimo nono Regni vo nri An. 1509.
tercio. per manus Reueren pris doi Mathie
Epi premislien vicecancellarij regni nostri

1140.

1512

Priuilegiu Sere mi
Principis dni Sigis:
mudi Regis Polonie
Permuttacionis oppi:
di Coczko Pro Raczash
Cum asscriptione bo:
noru Raczyansch in
perpetuu Eccliastice
immunitati. Tempo:
re Rmi olim Domi
Erasmi fe re Epi Ploc.

In nomine domini amen perpe:
tuo memorandarum rerum littera facta est
instrumentum. Igitur Reges qui benefactoru
suorum apud posteros euiterne gloriosa
memoriam vigere cupiunt litterarum
appicibus discreta verborum textura eade
que memoranda sunt commendat. Hinc
igitur Nos Sigismundus deigracia Rex

peccatis. Nobis vero et dicto fratre
nostro domino episcopo plocen vita So:
lutis pro nostra predecessorumq nostro:
rum salute vigilias nouem lectionum
et missam defunctorum quater in anno
singulis videlicet quatuor temporibus annis
perpetuis complere teneantur. et sint astri:
cti. In quo ipsorum conscienciam onera:
mus. In cuius rei testimonium sigilla
nostra presentibus sunt appensa Actum
et datum Anno. die et in loco quibus
supra. Presentibus venerabilibus et
honorabilibus viris dominis Jacobo Jaszol:
dj preposito swanthoslao de wrzancha
Archidiacono et viccario in spiritualibus
Stiborio Archidiacono et Joanne custode
prelatis et canonicis wladislauien et
plocen ecclesiarum testibus ad premissa.

Era Judicialis Distri:
ctus Czyechonowi:
en. Sup Limittacoe.

1096

1468

Bonoru Wathkowo mense Epalis cu bonis Conarzeuo nobiliu

In nomine domini amen Stiborius de Cuchari Iudex et Iacobus de Wysakowo subiudex Czyechonouien Significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis horum noticiam habituris tam presentibus quam eciam futuris quomodo dum et quando in Iudicio Serenissimi Principis domini et domini Conradi deigracia ducis Mazouie Russieque etc sedebamus Iudicantes in Czyechonow: Tandem Generosi et nobiles domini Iacobus vexilifer czyechonouien et Sassinus heredes de Golynyno et Stephanus dictus Steczka de Domyschewo ac Swanthoslaus als Swyasthek de Conarzewo tanquam arbitri et amicabiliores compositores per partem vtranque electi assumpti et rogati in presencia nostri recognouerunt quomodo arbitrauerunt et amicabiliter composuerunt Reuerendum in christo patrem dominum et dominum Stiborium deigracia Episcopum plocen ab vna et Slawkonem heredem

de Conarzewo

1097. 95

de Conarzewo ab altera partibus. in
hunc modum sic q̄ inter partes prefa-
tas et earum hereditates, Wathcowo
ipsius Reuerendi patris et mense eius
Episcopalis ploccn̄ et Conarzewo prefati
slawkonis heredis de ibidem de voluntate
et consensu partis utriusq̄ limittes gram-
tiesq̄ consignauerunt faciendos incipiendo
a flumine Szona ponendo in ipsius flumi-
nis medietate limittem angularem prope
limittem hereditatis Golyńyno angularem
eciam iacentem in dicti fluminis medietate
Szona, a quo limitte prius designato an-
gulari dicte gramities protenduntur penes
siluam transeundo vno pariete antiquis
limitibus. usq̄ ad hereditatem Domyschc-
wo. Prefati eciam amicabiles compositores
ex parte prefati Reuerendi patris domini
Episcopi Jacobus vexilliser Czyrchonowicn
et Sassinus heredes de Golyńyno et
Swantkoslaus cum Slaphoslao de Conarze-
wo ex parte nobilium Stephani als Stezko
Jacobi Cristini, Matthie Sigismundi et ger-
manorum Matthie nicolai et Swantkoslai
limittes consignauerunt eodem pariete

procedendo usq ad stratam publicam
in Czechonow ducentem. et riwlum
Baczenyczа. in cuius medio limes po:
situs est et vlterius ex vtraq parte int
mediate dicti Riwli. usq ad flumum
Szona granicies protenduntur ad designan:
dum. q fluuius bona prefata diuidit. In
cuius etiam fluuij Szona medietate usq
ad hereditatem Murawa. eodem pariete
limittes protenduntur. Excepta piscinula
dicta Szadzawka. quam prefatus Steczko
ad rippam hereditatis Wathcowo prefate
mense Episcopalis applicuit sine apposuit
que stare debet. ea condicione q vltra
limittem seu graniciem proxim. supe:
rius piscinulam designatum et consignatu
non debet inundare. homines vero Episco:
pales de Wathcowo pecora sua et pecudes
in dicta piscinula; Liberam adequandi
habebunt potestatem omnimodam. Domi:
nus igitur memoratus Episcopus per
generosum dominum Jacobum de Golimino
prefatum vexiliferum pro pace per capitu:
lum sue paternitatis fuit tenen fide:
iussoriam prestitit cautionem. Stephanu.

1093
96

et aliquamdiu ventilate, nos tandem fe-
ria quinta resurrectionis dominice anno
domini millesimo quadringentesimo qua-
dragesimo quarto in oppido Gostynyn dcte
plocen dioc personaliter conuenien: volen
q̄ differencias et controuersias huiusmodi
fraterna et amicabili concordia complanare
inter predictas wladislauien et plocen dioc
de consensu et voluntate venerabilium
fratrum nostrorum capitulorum wladisla-
uien et plocen. talem fecimus composicio-
nem et amicabilem. ac fraternam ordina-
cionem perpetuis temporibus inuiolabiliter
obseruand villas videlicet Pomorzany Ber-
uoldy. wlodkonis. Prandothe Grabye. Yan-
kowo Marci et Shokolow ad ecclesiam parro-
chialem in Shokolow, villasq̄ Lanyantha
Pyotrowo. Gorky et Dambrowka ad eccliam
parrochialem in Byalytarzek iure parroh
debere pertinere, et ut imposterum de premissis
plenior memoria habeatur decernimus q̄
rector parrochialis ecclesie in Sokolow qui
pro tempore fuerit racione dictarum villarum
que in parrochia Byalytarzek consistere

Anno 1444to.

BIBLIOTHECA SEMINARII PLOCENSIS

1094

et ad eam pertinere dicebantur ratione
denarij sancti Petri sex grossos parroch
ecclie in Byalytarzek soluere singulis
annis sit astrictus Et quia predicta ecclia
in Sokolow in fructibus et vtilitatibus fuit
adeo tenuis et exilis. Qd rector ipi eccle
decenter preesse et eius onera commode
ferre non poterat. de consensu et voluntate
capitulorum nostrorum wladislauien et
plocen predictorum decimam manipulare
in Sokolow super qua inter nos et prefatu
dominum Episcopum plocen diferencia age:
batur dicte ecclie in Sokolow dedimus.
donauimus. adiunximus et incorporauimus
ac incorporamus per ipsam ecclesiam in
Sokolow eiusq rectores pro tempore existen:
tes habendam leuandam et perpetuo
possidendam, Vt aut de huiusmodi amica:
bili et fraterna compositione. et villaru
predictarum limittacione et ascriptione
fructum salubrem ambo reportemus in
futurum. Volumus ut rector predicte
ecclie in Sokolow quamdiu nos et prefa:
tus frater noster dominus Episcopus
plocen in humanis agemus missam pro

97
1099

vero Domÿsthowskÿ pro partibus Sla:
wkoms de Conarzewo. Jacobus vero Domÿsz:
kowskÿ solusmet pro suis partibus et Ma:
thias de prefata Domÿschowo pro sigismdo
germano suo fideiusserunt q̄ pacem per
triennium debeant firmiter obseruare. Nos
vero nullum timentes solum deum pre
oculis habentes predictum contractum,
seu amicabilem compositionem. dictorūq̄
limittum et granicierum consignacionem
approbauimus. confirmauimus. et robora:
uimus. et presentibus roboramus. approba:
mus et confirmamus predictorum limittū
et granicierum consignaciones. tenendum
per partes superius scriptas perpetue et
in eum. In cuius rei testimonium sigilla
nostra presentibus sunt appensa Actum
et datum in Czÿechonow feria quinta
in Crastino Sanctorum Petri et Pauli
Apostolorum Anno domini Millesimo
quadringentesimo sexagesimo octauo
per manus Nicolaj de Crasznÿe
Notarÿ Czÿechonouien

1468

~~[illegible]~~
1100

Est supra fol: 477.

1518

Priuilegium Maximiliani Imperatoris Super Insignijs Sigilli Capituli Plocen. Opera et interuentu Rmi olim in chro patris Dni Erasmi Epi Ploc. felicis recordacion. Serenissimi Principis et dni Dni Sigismundi Dei gra Regis Polonie. Oratoris obtentu felr.

Maximilianus diuina fauente clemencia electus Romanorum imperator semper Augustus ac Germaine hungarie Dalmatie. croatie rc Rex Archidux. Austrie. Dux Burgundie. lotharingie. Brabantie stirie. carnithie Carniole. lymburgie. lucemburgie. et Gheldrie Lantgranius. Alsatie Princeps sueuie Palatinus in habspurg et hannonie princeps et comes

armis integris domus nostre Burgundie,
quibus ducatus ipse postquam regnum
cessauit vtitur exornauimus tribus scilicet
aureis et tribus celestinis alternatim a
dextra in sinistram per obliquum deorsum
declinantibus limbo rubeo ab extremitate
marginis ubique circundante. Et que nos
et filij nostri charissimi ratione ducatus
eiusdem Burgundie deferimus. Quibus di:
ctam ecclesiam cum capitulo suo ex singu:
lari nostra gratia voluimus honorare
prout arma ipsa pictoris manu in medio
presentium lrarum nostrarum depicta me:
lius conspiciuntur. arctantes Priuilegio
hoc nostro modernum Episcopum plocen
et omnes successores eius, ut ob reueren:
tiam Sancti Sigismundi et ecclesie sue
arma eadem paternis proprijs coniuncta
in transuersum deferant. Quemadmodum
in margine harum litterarum insigne
vtrumque Episcopi et capituli simul vin:
ctum in forma deinceps obseruanda desi:
gnatum est. Que capitulum in receptione
cuiuslibet Episcopi declaranda firmauit
et pictam armorum similitudinem Eps

nono semper offeret, vt ita et non
alr sub indignatione patroni sui de:
ferre teneatur. ne abusione Priuilegij
graciam hanc nostram. ad leuitatem
et dedecus ipsorum ledere, aut in toto
tollere videantur concedimus preterea
et pro maiori dignitate prefati capituli
indulgemus ut ceram rubeam deinceps
sigillo communi ipsorum et ecclesie appo:
nere, et eadem tam litteras perpetuas
qm̄ pro tempore quascumq; obsignare
possint et valeant impedimento et con:
tradictione cessantibus quibuscumq;,
nulli ergo omnino hominum liceat hanc
nostre concessionis et gracie paginam in
fringere et ei quouis ausu temerario con:
traire sub grauissima nostra et imperij
sacri indignacione ac pena quinquaginta
marcarum auri puri medietatem fisco no:
stro cesareo. reliquam vero partem
iniuriam passurum usibus applicandam
quamquisq; contrafaciens quotiens contra
fecerit se nouerit irremissibiliter incursu:
rum harum testimonio litterarum sigilli

1105
99

nostri appensione muniri Datum in
Ciuitate nostra Imperiali Augusta die
vigesima septembris anno domini Mille:
simo quingentesimo decimo octauo Regnorum
nostrorum Romani tricesimo tercio hun:
garie vero vicesimo nono.

Lra Stanislai et Janussij
Ducu Mazouie. Super
Contribucione de bonis
Ecclie tempore belli eis:
dem concessa. Qd ucz
huiusmodi concessio:
nem non debuerunt
trahere in sequelam

+ 1523

Stanislaus et Janussius dei gracia du:
ces Mazouie rc significamus tenore presen:
tium. quibus expedit vniuersis generaliter.
quia Reuerendi et Venerabiles domini prela:
ti et canonici totumqz capitulum ecclie

1106

maioris plocen ad peticionem nostra
contribucionem generalem quam super
tota terra et ducatu nostro Mazouie tem:
pore belli Prutinici instituerамus de
et super omnibus bonis oppidis et villis
ecclie predicte plocen et als tocius Episco:
patus plocen in ducatu nostro existen
pro necessitate nostra et reipublice ac
defensione communi eiusdem ducatus
nostri ab incursu prutenico concesserunt
nobis et consenserunt exigendam et reci:
piendam super quo promittimus et polli:
cemur quod ista concessio contribucionis predi:
cte ipsis et eorum subditis in dictis bonis
tam eorum quam Episcopalium existen
non trahetur in sequellam et consuetudi:
nem futuram. In cuius rei testimo:
nium sigillum nostrum mediocre
quo vtimur presentibus est subappen:
sum. Datum Warschouye feria sexta
proxima ante dominicam Palmarum.
An. 1523. Anno domini Millesimo Quingentesimo
vigesimo tercio

1107
100

Priuilegiu Nrai oli Domini Erasmi Bome Epi Plocen Donacionis Decimaru Tocius clauis Mlauen Venerabili Capitulo Ecclie Plocen

+ 1509

In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam. Nos Erasmus dei gracia Episcopus plocensis. Significamus tenore presencium Vniuersis et singulis tam presentibus qm̄ eciam futuris, quomodo de certa nostra sciencia et voluntate sufficienti prehabita deliberacione, inherendo vestigijs predecessorum nostrorum volentes operosis studijs omniq̄ denocione cultum diuinum in eccl̄ia nostra plocen̄ augere, prelatosq̄ et canonicos dicte eccl̄ie ad residenciam frequenciorem inuitare et auctis quottidianis stipendijs reddere promptiores

ac alÿs iustis et racionabilibus causis
permoti pura mera et speciali deuocione
et liberalitate nostra. Omnes et singulas
decimas campestres omnis grani et seminis
in claue Mlauensi consistentes. ad mensam
nostram Episcopalem quomodolibet spe:
ctantes. cum omnibus et singulis excre:
scencÿs pertinencÿs et annexis sub qui:
buscumque gracÿs ad tempus uel ad vitam
aliquorum concessis quibus tamen
huiusmodi in possessione preiudicare
uolumus. nichil iuris et proprietatis
nobis et nostris successoribus reseruan:
do. Prefatis dominis prelatis et Cano:
nicis alis capitulo ecclesie nostre memorate
plocen et mense eorum pro quottidianis
distribucionibus. dedimus. donauimus. con:
tulimus et assignauimus. damusque. dona:
mus. conferimus et assignamus graciose
perpetuo et in eum. per ipsos dominos
prelatos et Canonicos tenendum habendum
possidendum et utifruendum saluis tamen
decimis manipularibus in villis Conradzÿe.
tz vtraque Zawÿszÿe et Malÿnskÿ vulga:
riter nominatis ac in Dreglÿno pro venerabili

1109.
101

domino Nicolao Cossobuczky Cancellario ecclesie memorate plocen. pro erigendo altari in eadem ecclesia nostra plocensi perpetuo de consensu eorundem prelatorum et canonicorum donatis ac in villa Thrzyan: ka pro ecclesia parrochiali in Brozc. de simili consensu incorporata et donata quas ex eadem generali donacione nostra extipimus. et donaciones de eis factas ratas et firmas esse uolumus perpetuo et in eum decernen. ritum et manc. Si quid per quemquam attemptatum seu innouatum fuerit in premissis seu ali: quo premissorum. In quorum omnium fidem et testimonium premissorum Si: gillum nostrum manus presentibus est subappensum Actum et datum in Capitu: lo nostro generali pro die natiuitatis gloriose virginis marie extra ecclesiam nostram prefatam plocensem celebrato et tento anno domini Millesimo quingen: tesimo nono. die vero Iouis tredecima Septembris Presentibus ibidem venera: bilibus Generosis et nobilibus dominis

an. 1509.

1210

Nicolao de Myrowycze Decano · Joanne de Chrosczycze Archidiacono · Nicolao de Barthnyky Custode · Nicolao Cossobuczky Cancellario · Nicolao Vylkanowsky Archidiacono Dobrynen · Nicolao Brolynsky Archidiacono Polthouiensi Paulo de Lyczky Joanne de Gerzewo · Jacobo de Lypovyecz vicario in spiritualibus et officiali · Jacobo de Zalessye Nicolao de Thlubycze Jacobo de Chrosczycze · Jacobo de Rudno Jacobo Brolynsky Alberto Valyschewsky Mathia Phalbowsky Joanne Garbowski et Stanislao de Strzelcze prelatis et canonicis ecclesie nostre plocensis Petro Czystowsky Marsalko · Andriano Golinski Petro Gamrad Jacobo Polasky seruitoribus nostris testibus circa premissa

Ira Preconsulis et Consulatus Plocen · Super areis pro Curia Epali amplianda

1516

Emptis per Rmum olim dominu Erasmu Bo. me. Epum Ploc cu dimissione prouentuu Ciuilium

In nomine domini amen Nos Mathias Olbracht Preconsul Joannes Golanb Aduocatus Stanislaus Turczky Joannes Aromatarius. Stanislaus Mochaczky Joannes Pileator. Stanislaus Skula. Casper Nadmych. Sigismundus et Martinus Sellator. Consules Ciuitatis plocensis. Recognoscimus tenore presencium quibus expedit vniuersis presentibus et futuris. quomodo Reuerendissimus in christo pater dominus et dominus Erasmus deigracia Episcopus plocen dominus noster graciosus faciendo nos et ciuitatem nostram contentam pro platea muro vicina penes curiam sue Reuerendissime paternitatis. quam Sacra maiestas Regia litteris sue Reuerendissime paternitati et suis successoribus. pro augenda

·curia Episcopali gracioſe donauit, ut
liberiorem tranſitum communitati et tote
ciuitati Sua Reuerendiſſma paternitas
in recompenſam platee occupate· faceret
aliam Similem platcam in amplitudine
in poſteriori parte domus Epiſcopalis
ac dilatauit emptis ad hoc arcis nobilium
ac aliquorum continuum noſtrorum,
Inſuper volens nos et Rempublicam no-
ſtram Sua Reuerendiſſma paternitas ma-
gis facere conſolatos· emit nobis medium
manſum agri culti· vnde ciuitas noſtra
cenſum annuum pro vtilitate et oneribus
suis ſuſtentandis sibi conſtituere poterit·
Itaq; preſentibus litteris noſtris Suam
Reuerendiſſimam paternitatem ac Succeſſo-
res Suos de eadem platea et arcis occupa-
tis· liberos dimittimus, dum sic ut premitti-
tur nobis per Suam paternitatem Reue-
rendiſſimam Satisfactum sit, ac in toto
nos fatemur contentos. Preterea diſpone-
bit Reuerendiſſimus dominus portam Ciui-
tatis curie Epiſcopali vicinam· quam
ad medium platee directe locari faciat

Opera et impensa sua, Transitum tamen
seu fluuium liberum aque in loco et cannali
antiquo sua Reuerendissima paternitas relin:
quid prout prius de ciuitate per eundem
locum transire solebat. et in muro seu fun:
damento curie sue Reuerendissime pater:
nitatis relinquet Bogam cum Cratha per
quam aqua eadem de ciuitate libere Canna:
lia antiqua ingrediatur. Et ut etiam transitus
pro aqua ad Vyslam seruitoribus ciuitatis
tanto sit liberior, faciet sua paternitas
Reuerendissima pontem parvum supra
cannalia ab alia parte muri alis extra
portam, ut duo aut tres homines simul
ire possent, que omnia et singula cum scia
ac consensu magnifici domini Petri de
Crysko castellani Szeprzen et protunc Capi:
tanei plocen tractauimus fecimus et con:
clusimus. In cuius rei testimonium sigillum
nostre ciuitatis presentibus est subappen:
sum. Actum et datum in Ploczko feria
sexta post octas corpis cri anno doi Mille:
simo quingentesimo decimo sexto. Scptum per
manus Andree Sarbyewski protunc Notary
ciuitatis plocensis

1516

1104.

Pt supra fol: 437.

1530

Ptiuilegiu Rxmi in
Chro patris et dni Dni
Andree Dei gra Epi
Plocen, Donacionis de-
cimaru in Rczilino. Nec-
non in Zakrzeuo. Za-
grobi. et alijs uillis no-
ualiu Intra parrochi-
am Zambrouien. Venli
Capitulo Ecce Plocen
Pro Decantandis anni-
uersarijs duobus singu-
lis anni quartalibus
teporibus perpetuis. Vno
utzt pro sua Rma p
Et alio pro anima Rmi
olim domini Bo. me.
Epi Plocen. precessor
sui mediati

1115.
104

In nomine domini amen Ad futuram
rei memoriam. Andreas deigracia Epus
Plocen. Significamus tenore presencium.
quibus expedit generaliter vniuersis. quomo
cum testimonijs diuinarum litterarum
permonemur, ut futura presentibus, diui:
na terrenis, et perpetua temporalibus
anteponamus. Cupientes itaqz saluti ani:
me nostre. et Reuerendissimi olim domini
Erasmi bone memorie Episcopi plocensis
predecessoris nostri in Curia Romana defun:
cti. cuius benemerita in ecclam et mensam
Episcopalem exhibita sufragium et memoriam
aliquam in ecclia exposcebant, salubriter
consulere et subuenire. ac in prouentibus
venerabilium fratrum nostrorum domi:
norum prelatorum et canonicorum toti:
usqz capituli ecclesie cathedralis plocen
facere incrementum. quo tam presentes qm
futuri graciam nostram erga se dignoscerent
vberiorem. pro laude gloria et honore omni:
potentis dei in spem premij sempiterni
decimas mense nostre Episcopalis omnis
grani et seminis in villis Rczylyno prope

Plonsko in claue nostra Raczauschen.
necnon in Zakrzewo. Zagrobi Zakrzewskich.
Porythe. Cyecyorky. Gardlyno. Vyrzbovo
que alio nomine Zambrzycza. Rykacze
Zagrobi. Gregory. Grochi wolya Czyeczyerzska
et Pogorzel in claue Lomzen et sub parro:
chia Zambrouien consistentes, quas primu
prefatus dominus Erasmus Episcopus
et demum nos magnis dificultatibus et
impensis a rectoribus ecclesie parrochialis
Zambrouien vindicauimus. Venerabilibus
fratribus nostris dominis prelatis et Canonicis
totique capitulo ecclesie nostre plocen nunc
et in futurum pro tempore existentibus,
dedimus graciose donauimus. concessi:
mus et assignauimus prout damus,
donamus, concedimus, et assignamus.
perpetue et in eum. tenendum. habendum.
vtifruendum. possidendum. percipiendum.
decimandum. dandum. donandum. et ad
usus eorum beneplacitos conuertendum.
prout ipsis melius et vtilius videbitur
expediri. sub tali tamen conditione et
ad hunc effectum, quatinus dicti vene:
rabiles fratres nostri prelati et canonici

ecclesie plocensis decimam prefatam in
Rozylyno vnacum alia quacumq; ex decimis predictis sub parrochia Zambrowicen
consistentibus eidem adiuncta pro duobus
anniuersaryis perpetuis conuertant et assignant. Quorum vnum anniuersariorum
predictorum singulis anni quartalibus
durante vita nostra pro peccatis. Et post
mortem nostram pro salute anime nostre
Secundum vero pro salute anime prefati
Reuerendissimi olim domini Erasmi Episcopi
plocen similiter singulis anni quartalibq
cum vigilys et missis consuetis decantet.
Alias vero reliquas decimas suprascriptas
sub parrochia Zambrowicen consistentes
pro parnibus ad mensam eorum habeant
et obtineant in perpetuum. Ad quorum
quidem anniuersariorum perpetuorum de-
cantationem. Venerabiles fratres nostri
domini prelati et canonici ecclie plocen
nobiscum in capitulo presenti generali
congregati. Se et suos successores perpetuo
summiserunt. et de ordine decantationis
eorundem in eodem capitulo generali
nobiscum constituerunt. de ratione hmoi

nostre erga se prestite liberalitatis
nobis et nostris successoribus Episcopis
plocensibus pro tempore existentibus per
duas Bulas panis tritici. Et per alias
duas bulas panis siligenei singulis
diebus pro mensa Episcopali pro tempore
residentie nostre et nostrorum successorum
in Civitate plocen a pistore capitulari
extradere assignauerunt. prout in metrica
continetur. In cuius rei testimonium
Sigillum nostrum presentibus est subappen:
sum. Datum et actum in Plozka infra
Capitulum generale pro festo Sancti
Sigismundi celebratum die Sexta men:
sis maÿ Anno domini millesimo
quingentesimo trigesimo Presentibus
ibidem Venerabili et Generosis viris
dominis Paulo Popÿelskÿ canonico
ecclesie Cathedralis plocensis Cancel:
lario. martino Szawÿnski marszalko
Andrea Swedorowskÿ vicethezauro:
no curie nostre et alÿs fidedignis
viris promissa. Andreas Critius
Episcopus plocensis ——

A. 1530.

1119
106
1506.

Priuilegiu Alexandri Regis Polonie Donaci: oms arce Pro Lateri: ficio construendo. An: te portam Ciuitatis Plocen. Pro reparaci: one Ecclie Ploc. opera Rmi oli. d. Erasmi Epi obten

Alexander deigracia Rex polonie ma: gnus dux lythwanie russie prussieq dominus et heres rc Significamus teno: re presentium. quibus expedit vniuersis. Quod dum in presenciam per Reuerendu in christo patrem dominum Erasmum Episcopum plocensem informaremur. Quia templum ecclesie cathedralis plocensis plerisq in locis adeo instructuris anichil: latum esset. quod nisi tempestiuius repararetur. parietes seu saltem partes eiusdem proculdubio ruginarent. simul etiam scientes quia licet tempore ducu mazonie ecclesia ipsa suum proprium.

habuerit laterificium, laterificijs ciui:
libus in anteurbio plocen sitt propin:
quum. tamen quia successu temporis
illud improuisione destructum fuerit,
cuius hactenus preter sittum nullum
vestigium nullumq super id munimentu
reperiatur, quod tamen dominus ipse
Episcopus restaurare vellet. modo priuilegia:
tus adhoc esset. Idcirco nos horum ratio:
ne. Et imprimis ut omni ex parte ecclia
ipsa que per olim maiores nostros lauda:
biliter fundata existit condicionibus
prouideatur melioribus. de certa sciencia
et virtute Regijs nostris. aream ipsam
prope laterificia ciuilia in anteurbio plo:
censi sittam. tanquam antea ad dictam
ecclesiam pertinentem ipsi domino Erasmo
et successoribus suis Episcopis ecclesieq
plocensi. denuo dandum et incorporan:
dum duximus. damusq et incorporamus
presentibus. Decernentes per eumipm
dominum Episcopum. ecclesiamq plo:
censem aream predictam prout in suo
sittu ex antiquo longitudinem amplitu:
dinemq habere consueuit. cum laterificio
in ea construendo. cum omniq dure

1121.
107

dominio et proprietate · tenendum · habendum ·
utifruendum et possidendum · in eoq; lateres
pro necessitate ecclesie et episcopi facien
et in suos ecclesieq; predicte uti expediet
conuertendum · absq; cuiusuis impedimen:
to · tenore presencium mediante imperpe:
tuum harum quibus sigillum nostrum
est subappensum testimonio litterarum
Datum Vilne feria Scda infra Octaua
sacratissimi corporis christi anno domini
Millesimo quingentesimo sexto · regni nostri
anno quinto —

An. 1506. Regni 5tu.

1506

Ita Alexandri Regis
Polonie Consensus et
admissionis Pro Cimi:
terio Ecce Cathedra:
lis Plocen facien · et
porte Castelli dislocacacione.

Alexander deigracia Rex Polonie magnus
dux lithwanie Russie prussieq; dominus

et heres rc̄ significamus tenore presenciū
quibus expedit vniuersis. Quia intelligen:
tes ex Reuerendo in christo patre domino
Erasmo Episcopo plocensi. ecclesiam Cathe:
dralem in castro nostro plocensi sittam mi:
nime sequestratam esse a solo castri com:
muni q3 illius sittu et exinde plerumq3
cultum diuinum plurimum perturbari.
ex frequencijs tam hominum q̄m bestiarū
viam communem secus eccliam ipsam
habencium. Scientesq3 dominum ipsum
Erasmum Episcopum sicut in alijs incommo:
ditatibus. sic in ea. ecclesie illi condicionē
procurare velle meliorem. Quod tamen
haud efficeret castri valua. qua itur de
maiori castro in castellum obstante.
nisi super id ei consensum prebeamus.
Quapropter nos qui eccliarum dei augmentū
fauere consueuimus. ut ipse dominus
Episcopus facilius sui effectum desiderij
in hac parte impleat. de certa sciencia
et deliberacione nostris. consenciendum
et admittendum duximus. consentimusq3
et admittimus presentibus eidem domino
Erasmo Episcopo circuitum secus eandē
ecclesiam in quo et processiones de eccl̄ia

et ciniterium quantulumcumq; fierent
a solo et Areis castri · absq; tamen Augusti:
atione liberi transitus castri eiusdem cir:
cumsepiendi et in fundum ecclesie redi:
gendi · Quam circumseptionem et locu
eius · nos illi ecclesie donamus perpetuo.
dantes eidem domino · Erasmo Episcopo
successoribusq; suis facultatem atq;
consensum nostrum valuam predictam
maiorem de castro in castellum inter
ducentem ecclesie contiguam in alium
quemcumq; commodiorem locum a muro
et parietibus edis sacrate illius · Et preser:
tim in dextram partem · transferendi ·
transponendi · et translocandi nichilominus
portula inter eam valuam nouam · et
murum ecclesie · qua de circuitu et Cini:
terio ecclesie castellum ingrediendum esset ·
relicta quam portulam et eius clausura
in potestate eius qui eam obseruat castri
valuam esse volumus perpetuo · Hec aut
premissa omnia fieri consumariq; debe:
aut proprijs sumptibus et impensis ipsius
domini Episcopi et nos ea decernimus per:
petuo mansura tenore presencium mediante

1124

An. 1506.

harum quibus sigillum nostrum est.
Subappensum testimonio litterarum Datum
vilne feria secunda intra octauas sacra:
tissimi corporis christi anno domini mille:
simo quingentesimo sexto regni nostri
anno quinto.

+
1506

Priuilegiu Alexandri Regis Polonie Super aream in arce Ploc. Pro domo comuni Vicarijs Ecce Plocen construenda.

In nomine domini amen. Ad perpetuam
rei memoriam. omnem principem erga
ecclesiam dei et seruitores eius munificu
esse. salutare est: pro quibus et eorum
conditione meliori quicquid erogauerit
pro tempore perpetuo duraturum. id ut
perhennem habeat vigorem litterarum
munimini debeat commendari Proinde

nos Alexander deigracia Rex polonie
magnus dux lithwanie · necnon terrarum
cracouie Sandomirye · Syradie · lancicie · Cu:
yauie · russie · prussie · ac culmensis El:
bingen Pomeranyeq dominus et heres rc
Significamus tenore presencium quibus expe:
dit vniuersis · presentibus et futuris presen:
cium noticiam habituris · quia perpenden:
tes necessitatem ecclesie cathedralis plocen
et vicariorum eiusdem · qui sicut diurnis
atq nocturnis momentis · super oneribus
diuinis eis impendentibus in eadem eccla
excubare debeant · Sic operepretium fuit
eorundem habitaciuncularum domus non
procul ab ecclesia sittuari · quia vero no
haberent a tempore fundacionis eorum in
hactenus usq promptam atq vicinam ad
ecclesiam residenciam · Exindeq non impossi:
bile fuerit eos in explendis diuinis officys
fuisse negligenciores · Quapropter de hoc spe:
cialiter per Reuerendum in christo patrem
dominum Erasmum Episcopum plocensem
existen informati · necessitatiq vicariorum
eorundem prouidere et condicionem ecclie
illius meliorem efficere cupientes de certa

1126

Scientia et munificentia nostra Regia
viccarijs predictis cannonicalibus eccle
plocensis. vniuersitatiq eorum areas
certam seu locum vacuum in castro
nostro plocensi nulla necessitate aut edi:
ficio castri occupatum et tanquam illi
ecclesie contiguum. ad longitudinem
viginti. ad latitudinem vero nouem
passuum. pro domo communi eisdem vicca:
rijs construenda. Ad preces eiusdem do:
mini Erasmi Episcopi. dandum et donan:
dum duximus. damusq et donamus gracio:
se imperpetuum. Quem et domum in eo
construen vniuersitati viccariorum predicto:
rum incorporauimus et anneximus. incor:
poramusq et annectimus tenore presencium
mediante per eosdem viccarios et vniuersi:
tatem eorum. cum omni dominio et proprie:
tate. tenendum. habendum. possidendum. et
inhabitandum temporibus duraturis
perpetuo. In cuius rei testimonium sigil:
lum nostrum presentibus est subappensum
Actum Vilne feria sexta in crastino
festi sacratissimi corporis christi Anno do:
mini Millesimo quingentesimo sexto Regni

An. 1506.

1127.
110

nostri anno quinto. Presentibus magni:
fico venerabilibus et generosis Paulo
cola de Dalyeyow Palatino Podolye Joan:
ne de lasko ecclie Guezuen et regni no:
stri cancellario. Alberto de Gora Secretario
nostro. Joanne hinck de Vnyenye succa:
merario lancicien. Stanislao Mylanowski
thezaurario et Nicolao Phylypowsky pincer:
na curie nostre alysq; qm plurimis
circa premissa testibus fidedignis sincere
et fidelibus nostris dilectis Datum per
manus eiusdem venerabilis Joannis de
lasko regni nostri cancellary sincere no:
bis dilecti

Priuilegiu Alexandri
Regis Polonie Super
Exempcionis oppidi
Przedborz admissione
Rmo olim in Chro
patri et dno Dno E:
rasmo Dei gra Epo

1506

+

1128

Plocen de manibus Jo: annis Choczimowski in tenutam

Alexander dei gracia rex polonie magnus dux lithwanie · Russie prussieq; dominus et heres etc significamus tenore presen: tium quibus expedit vniuersis quia annu: entes peticionibus Reuerendi in christo patris domini Erasmi Episcopi plocen sincere nobis dilecti de nobis et republica benemeriti sibi de certa scientia et gracia Regijs nostris · bona nostra Regalia videlicet oppidum Preczborz in terra Syradien sittum cum villis ad illud ex antiquo pertinentibus de manibus nobilis Joannis Coczymowskij redimendum consensimus et admisimus consentimusq; et admittimus presentibus Ita tamen q in eiusmodi redempcione sume pecuniarum iuste et legittime in eisdem bonis nostris inscripte non augeantur · decer: nentes per ipsum dominum Episcopum plocensem et ipsius legittimos successores predictum oppidum Prethborz cum villis

1129
111

ad illud ex antiquo pertinentibus Juxta
vim tenorem et effectum litterarum
originalium inscriptionum desuper
iuste emanatarum. tenendum. habendus.
possidendum. et pacifice utifruendum.
tamdiu. donec eidem domino Erasmo
episcopo et suis successoribus summe
pecuniarum in dictis bonis iuste in-
scripte per nos et successores nostros
simul et ex integro soluentur. qua soluto:
ne facta possessio tandem bonorum su-
prascriptorum. ad nos et successores no-
stros reddidit pleno iure, Juribus nostris
Regalibus salvis remanentibus. Harum
quibus sigillum nostrum presentibus est
appensum / Datum in Lublyn feria
quarta post dominicam Oculi proxima
anno domini Millesimo quingentesimo xx. An. 1506.
to. regni vero nostri anno quinto ;

Priuilegiu Sigismúdi Regis Polonie confirmatoriu Priuilegij antiqui Kazimiri

1130.

1520

1375 (Lub. n. 93)

Ducis Stettinen Bidgostien et Dobrinen Super Libertacione bonorum mense Epalis in terra Dobr. et fundacione Altaris Scti Jo^nis Bapte in Ecca Ploc.

In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus dei gracia Rex polonie magnus dux lithuanie. Necnon terrarum Cracouie Sandomirie. Syradie. Lancicie. Cuyauie Russie prussie. Culmen Elbingen pomeranieque etc dominus et heres significamus tenore presencium vniuersis presentibus et futuris harum noticiam habituris. Quia exhibite sunt coram nobis pro parte Reuerendissimi in christo patris domini Erasmi Episcopi plocen sincere nobis dilecti et capituli ipsius ecclesie plocen littere Illustris olim principis domini Cazimiri Stetinen Bidgostien Pomeranie etc ducis fundacionem Altaris

tituli sancti Ioannis Apostoli et Euan:
geliste in ecclesia cathedrali ploceñ ac liber
tates bonorum mense Episcopalis et capituli
eiusdem ecclie ploceñ infrascriptas in se
continentes. supplicatumq; est nobis. ut easd
litteras. et omnia in eis contenta. auctori:
tate Regia. approbare. ratificare. et confir:
mare dignaremur. quarum tenor sequitur
et est talis. In nomine domini amen
hominum opera sempiterne memorie com:
mendata eternitatis signaculo corroboran:
da sunt. maxime vero talia que salutem
perpetuam debent mortalium laborare.
Nos igitur Cazimirus deigracia dux Steti:
neñ Dobrÿneñ Bidgostieñ pomeranie
slauie Cassubie terrarum ac princeps
Rugianorum. Ad vniuersorum noticiam
futurorum et presencium volumus presen:
cia peruenire. Quod attendentes felicitatē
propriam animarum pariter salutem om:
nium parentum. predecessorum. et benefa:
ctorum nostrorum. volentes laborare
fidelius precipue felicitatem Generosi
ac Magnifici principis Regis polonie
auui nostri charissimi felicis memorie.

1132

cuo protestamento altare in maiori
ecclesia florensi in honorem beati Joan:
nis Apostoli et Euangeliste construximus
construere⁊ fecimus de consensu vnanimi
consiliariorum nostrorum dedicandum
ex informacione et voluntate Venerabilis
in christo patris domini Stanislai diuina
fauente clemencia et sui capituli flocen
ecclesie. tali condicione interposita q⁹
prefatus dominus Episcopus et sui Suc:
cessores suo cum capitulo vnum sacer:
dotem siue vicarium pro salute nostra
et Conthoralis nostre charissime domine
Margarethe pro salute⁊ vinorum et mortu:
orum et pro memoria prefati Regis
polonie ac eciam pretactarum animarum
salubriter⁊ omnium christifidelium ꝛc:
medio peccatorum singulis diebus infra:
scriptas idem Capellanus missas seruare
teneatur videlicet Sabbato de domina no:
stra. Et singulis diebus nostris pro pec:
catis. Cum autem modo placuerit circa:
tori ut cantum exuere debeamus. Idem
Sacerdos pro salute anime nostre missam
defunctorum quolibet in die annos per

singulos celebret solenniter. Ratione
cuius omnes et singulas hereditates prefa:
ti domini Episcopi et capituli ipsius nec:
non successorum ipsorum ecclesie plocz
sittas in ducatu sine in terra nostra Dobri:
nensi ab omnibus nostris solucionibus.
Sep. collectis contribucionibus stacionibus
dacionibus. Pobor vecturis castrorum no:
strorum angarijs et preangarijs quibuscunque
ac ab omnibus et singulis vexacionibus
palatinorum castellanorum. capitaneorum
Burgrabiorum. Succamerariorum. Judicum
subiudicum et eorum vicesgerencium. Ita
quod deinceps nichil nomine penarum in
eis sibi iuris vendicent sine vsurpent
honoris litteram per presentem perpetuis
temporibus absoluimus. eximimus et libe:
ramus. Vt autem hec nostra salubris libera:
cio sine absolucio perpetuo maneat inco:
volsa. presens privilegium per Johannem
Cancellarium curie nostre scribi et idem
domino Episcopo et suo capitulo dari man:
dauimus nostri sigilli munimine roboratum
Actum et datum in Ploczk ipso die Beati

1134

Ambrosÿ sub anno domini millesimo tricen:
tesimo septuagesimo quinto. Presentibus
strennuis militibus videlicet magnifico et
glorioso principe domino Semowÿtho duce
Mazouie et domino plocen̄ socero nostro cha:
rissimo necnon Andrea plocen̄ Nÿeniÿe:
rza Sochachouien̄ Andrea Seneskalco mazo:
uie Jaskone Pÿlyk. Rogala subdapifero Go:
stinen̄ Budcone de Strachon. Iwone de Rado:
mÿno Marsalkone curie nostre et alÿs multis
fidedignis. Nos itaq; sigismundus Rex
Polonie prefatus peticionibus nobis nomi:
ne prefati domini Erasmi Episcopi et
eius capituli plocen̄ iustis benigne an:
nuentes preinsertas litteras quantum
nostra interest in omnibus eorum punctis
conditionibus et Articulis auctoritate no:
stra Regia approbauimus. Ratificauimus
et confirmauimus. approbamusq; ratifica:
mus et confirmamus. decernentes illas
ac omnia et singula in eis contenta ro:
bur perpetue firmitatis obtinere per presen:
tes. Quibus in fidem et testimonium omni:
um et singulorum premissorum sigillum
nostrum est appensum Datum in Ciuitate

nostra Thorunen feria scda proxima
post dominicam Reminiscere Anno domi
Millesimo quingentesimo vigesimo Regni An. 1520.
vero nostri anno quatuordecimo Presenti:
bus Reuerendissimo et Reueren in
Christo patribus dominis Joanne Lasky
Archiepiscopo Gneznen legato nato et pri:
mate Mathia Drzewyczky Wladislavien
Petro Thomyczky premislien et regni
nostri vicecancellario Joanne Conopeczki
culmen ecclesiarum Episcopis necnon
magnificis venerabilibus et Generosis
Cristoforo de Schydlowyecz palatino et ca:
pitaneo Cracouien et regni nostri cancel:
lario. Johanne Zaramba de Calinowa
palatino calisslien. Nicolao de Schidlo:
wyecz castellano sandomirien et regni
nostri thezaurario petro Cmitha de
Dysnycze marsalko curie nostre et premisli:
ensi capitaneo. Johanne Lyathalski Gnezn
Cracouien ac lancicien. Andrea Criczki
Posnanien sancti floriani Cracouien et
Sreden prepositi Johanne Conarsky
Archidiacono et canonic cracouien

1136.

Joanne Gorski Archidiacono Posnanien. Secretarijs nostris. Nicolao Thomyczki prefecto stabuli nostri et costen. capitaneo et alijs qm̄ pluribus dignitarijs officialibus et aulicis nostris circa premissa testibus fidedignis. Sincere nobis et fidelibus dilectis. Datum per manus prefati RR̄mi in christo patris domini petri Episcopi premislien. et regni nostri vicecancellarij sincere nobis dilecti.

1515

Lra Serenissimi Principis Dm̄ Sigismundi Regis Polonie. Super porta in muro Ciuili ad ortulū Epalem super monte versus Istulam facienda.

Sigismundus deigracia Rex polonie magnus dux lithwanie Russie prussieq̄ rex dominus et heres significamus tenore presentium vniuersis et singulis pntibus

et futuris. Quia ad preces Reuerendi
in christo patris domini Erasmi Episcopi
plocen sincere nobis dilecti admisimus
sue paternitati Reueren et presentibus
admittimus portam seu ostium per mu:
rum ciuilem ad pomerium suum per
suam paternitatem nuper plantatum
et factum facere et habere. Itatamen
q in ipsa porta dominus Episcopus procu:
ret fieri ostium ferreum et forte pro
ciuitatis securitate. hoc eciam specialiter
expresso. q tempore suspecto et insecuro
ab hostibus illam portam ipse dominus
Episcopus et sui successores Episcopi plocen
debeant muro occludere. harum quibus
sigillum nostrum presentibus est appensum
testimonio lrarum. Datum in Conuenci:
one Generali Cracouien feria sexta
post dominicam. Inuocauit. Anno
domini Millesimo Quingentesimo An. 1515.
Quindecimo Regni vero nostri Anno
nono. –

1138.

1509

Priuilegiu Serenissi Principis Dni Sigismundi Regis Polonie Donacionis aree in Pyothrkouia perpetuo pro Epo Ploc

In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam Sigismundus dei gra Rex polonie Magnus dux lythwanie Russie prussieq; etc. dominus et heres Significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis presentibus et futuris harum noticiam habituris. Quomodo ad peticionem Reuerend patris domini Erasmi Episcopi plocen sincere nobis dilecti donauimus sue paternitati areas in Pyothrcow exoposito curie nostre inter Curiam Magnifici Castellani Cracouien et aream Generosi Andree Coszyeleczki Castellani Vyslycyen quam nunc palatinus

Polonie magnus dux lithuanie necnon terra:
rum Cracouie · Sandomirie · Siradie · Lanci:
cie · Cuyauie · Russie · prussie · Culmen ·
Elbingen · pomeranieq dominus et heres
etc Significamus tenore presencium qui:
bus expedit vniuersis presentibus et futuris
harum noticiam habituris · Quia perpenden:
tes caduca in hoc orbe terrarum esse omnia ·
ad comparanda nobis celestia · que nec
erugo nec tinea demolliri nouit animu
nutu diuino infleximus · Quequidem no
aliter bene comparantur nisi per pietatis
opera · que uel ecclesijs uel earum ministris
pro augmento cultus diuini impenduntur ·
Habentes vero ad ecclesiam cathedralem
plocen beate virgini ac sancto sigismundo
Regi et martiri dicatam · propensam
deuocionem · de consiliariorum nostrorum
consilio ad suplices preces Reueren in
christo patris domini Erasmi presulis eius:
dem ecclesie plocen sincere nobis dilecti ·
Recepimus ab eodem domino episcopo
oppidum Koczko in terra lublinen
sittum cum villis thalczyn · Gorka pozarow ·
Tharkawycza et lyulawa ad illud spectan ·

1142

cum suis circumferencijs et pertinencijs.
ac cum Jure patronatus vi et modo
permutacionis capitulo ecclesie plocen
consenciente pro nobis et successoribus no:
stris perpetuo tenendum habendum et
possidendum, et loco prefati oppidi villarum
q̄ predictarum prelibato Reuerendo pa:
tri domino Erasmo Episcopo plocen suisq̄
omnibus successoribus Episcopis plocen
Oppidum nostrum Raczansch nuncupatum
cum Jure patronatus tanquam eccle propin:
quum in terra plocen sittum ita late lon:
ge ac circumferencialiter cum suis pertinen:
cijs et metis prout ab antiquo limittatu
est et distinctum Et prout nunc Venerabilis
dominus Nicolaus Cossotuzki eadem bona
tenet dedimus donauimusq̄ ac bona pro
bonis comutauimus damusq̄ donamus ac
permutamus modo premisso euiterne per
prefatum Episcopum ad mensam suam
Episcopalem eiusq̄ successores tenendum
habendum possidendum cum omnibus cen:
sibus fructibus vtilitatibus redditibusq̄
quomodolibet seu quocumq̄ nomine vocate
et vocandis cum omni Jure dominio et proprietate

Necnon vendendum donandum commu:
tandumq; et ad usus suos beneplacitos Sicu:
ti ius ecclesiasticum disponit de sui capituli
voluntate et assensu conuertendum Ascribi:
musq; prefatum oppidum in toto ecclesiace
emunitati. Omnia onera in oppidum Koczko
illinc transferen harum testimonio litterarum
quibus in robur et euidentiam facti sigillum
nostrum subappendi fecimus. Datum Cracouie
feria tercia post festum Sancti Petri aduin:
cula proxima Anno domini Millesimo
Quingentesimo duodecimo. Regni vero nostri
Anno sexto. Presentibus Reueren in Chro
patre domino Mathia Episcopo Premislien
cancellario necnon magnificis et venerabi:
libus Christoforo de Schidlovyecz castellano
Sandomirien vicecancellario Syradienq;
Gostinen et Sochaczouien capitaneo Stanislao
de Chodecz marschalko et capitaneo Leopo:
liensi Andrea de Coszyelecz thezaurario
regni nostri Scepulienq; Oswyaczimen
Iuniwladislauien Sandecen et Bidgostien
capitaneo necnon Zuppario et procuratore
generali Cracouien Petro Thomyczky
Archidiacono Joanne Carnkowski Scolastico

1512

1144

Sandomirien et canco Cracouien et Stanislao Goreczki preposito calisien secretarijs nris ceterisq dignitarijs officialibus et curien nostris testibus ad premissa fidedignis Datum per manus prefati Reueren in christo pris domini Mathie Episcopi Premislien et regni nostri Cancellarij sincere nobis dilecti —

1509

+

Priuilegiu Serenissimi Principis domi Sigismundi Regis Polonie Super aque ductum in Ploczkam tu donacoe moledini et piscine in Brzesnicza ac consensus fact piscinaz. Epo

Sigismundus deigracia Rex polonie magnus dux lithuanie Russie prussieq rc dominus et heres significamus tenore presencium vniuersis presentibus et futuris presencium litterarum noticiam habituris Quod cum potissimum omnes cogitaciones

Omnes curas

Vnde sumenda erit aqua ad hunc ductū
Reliquas vero duas in loco superiore que
necessario fieri debent in auxilium prime
ut aque copia retineatur: ne vnqm̄ ductus
deficiant, Harum aūt piscinarum usum
prefatus dominus Episcopus modernus libe:
rum habebit in piscibus expiscandis. tam
diu. quamdiu castrum in potestate no:
stra seu successorum nostrorum non fue:
rit, Cum autem in potestate nostra
castrum fuerit, usus piscium totus
pro nobis aqua libera in piscinis pro du:
ctu manente reseruatus permaneat, Que
quidem piscine ita tamen fieri seu edificari
debent. ne inferioribus molendinis ullum
afferant nocumentum, Quidquid vero aque
supererit vltra necessitatem ex ductibus
predictis in castrum et ciuitatem addu:
cendis. id poterit dominus Episcopus ad usū
suum sine damno nostro libere conuertere,
Vt autem ipsa ciuitas nostras plocen
pro tanto sumptu tantoq̄ beneficio aliqua
in parte graniciam referat. predicto Prepo:
sito demortuo debet se et eius incole
omnes obligare in sempiternum nostro iam

1146

ad hoc consensu attedente decem sexa:
genas mediorum grossorum de pretorio
ciuitatis singulis annis pensuros qui pro:
uentus erit fundando et erigendo altari
in ecclesia cathedrali plocensi pro salu:
te animarum eiusdem prepositi et suorum
maiorum ac minorum · aliqua sacrifi:
cia seu misse singulis septimanis peragan:
tur · ad quod presentibus litteris nostris
consentimus · Quibus in testimonium
sigillum nostrum est appensum Datum
Cracouie die Mercurij prima mensis
Augusti anno Natiuitatis domini mille:
simo quingentesimo nono Regni vero
nostri tercio ·

An. 1509.

Priuilegiu Serenissimi
Principis et dni Dni Si:
gismundi Dei gra Re:
gis Polonie Concessu Pro
Rmo dno Epo et ca^lo ac
psonis Ecce no rndendi
in teris comibus ill qui
habent priuilegia no rndendi ·

1515

1147. 119

In nomine domini amen Ad perpe:
tuam rei memoriam. Conuenit equitati
et itidem dictat racio ac ius primeuum
dispomit. Vt quod tibi fieri vis alteri
facias. Sane non sine animi nostri per:
turbatione ex relatione reuerendi in
christo patris domini Erasmi Episcopi plo:
censi. sincere nobis dilecti accepimus.
q essent plures familie insignes et domo
minores in terra plocensi et ducatu Mazo:
uie. Quibus per predecessores nostros et du:
ces Mazouie foret concessum ne cuiqm
pro quacumqz iniuria in terminis com:
munibus sine generalibus respondeant
solum coram maiestate nostra. aut in
terminis ducalibus. qua libertate aliqui
magis insolentes redduntur et ea potius
abuti solent inferentes diuersas iniurias
subditis et hominibus aliorum. qui
talia priuilegia et emunitates non ha:
bent. Quemadmodum id sepius pro tempore
Episcopo plocensi et prelatis ac canonicis
ecclesie illius contingere solebat. Hec
libertates frinole iniuriam potius et se:
menta discordiarum augebant. Proinde

1148.

nos Sigismundus dei gracia Rex polonie.
magnus dux lythuanie Russie prussieque rc
dominus et heres, Justicie communi con:
sulere volen ne Episcopus cum capitulo
suo et subditis eorum opprimantur et
damnificentur a talibus qui Judicia et
terminos communes ex concessione et priui:
legijs Regum aut ducum contemnunt,
Ex singulari gracia nostra. qua modernu
Episcopum plocen propter sua benemerita
prosequimur Concedimus sue paterni:
tati ac toti capitulo plocensi. Ut omnibus
talibus qui in iure et terminis commu:
nibus eis pro iniurijs respondere nolunt.
Talibus libertatibus aut corruptelis
potius subnixi. Ipse eciam Episcopus
plocensis pro tempore existens et suum
capitulum ac subditi et vasalli eorum
in communi et in priuato modo sint bona
ecclesiastica respondere non teneantur /
nisi coram nobis. quam libertatem
seu exemptionem moderno domino Episco:
po plocen suisque successoribus similiter
et capitulo, ac priuatis eiusdem capi:
tuli personis concedimus perpetue et

in eum. Omnibus Iudicibus in terra
plocensi et ducatu Mazouie Mandan
ne huiusmodi causas iudicare presu:
mant In quibus Episcopus plocensis
pro tempore existens aut aliquis ex capi:
tulo suo iudicium eorum subterfugeret
et ad nostrum se referret. Neque per hoc priui:
legio huic et concessioni nostre derogari
volumus si forte Episcopus plocensis
pro tempore existens aut aliquis de medio
capituli sui in terminis communibus
responderet. Istud enim in libertate eorum
consistet. ut qui eis in eisdem terminis
communibus iustificari voluerint. ipsi
etiam talibus respondebunt. neque deinceps
respondere erunt astricti. Si idem aut
alter de illa familia pro alia quacumque
iniuria in eisdem terminis communibus
iustificare nollet. Harum quibus sigillum
nostrum est subappensum testimonio litte:
rarum Datum in Conuentu generali
Cracouien dominica Reminiscere Anno
domini millesimo quingentesimo decimo
quinto. Presentibus ibidem Reueren
in christo patribus dominis Iohanne

An. 1515.

1150.

Cracouien mathia wladislauien Joan:
ne Poznanien. Erasmo plocen Petro
Premislien regnique nostri vicecancella:
rio. Magnificis Venerabilibus et Gene:
rosis Spythcone de Jaroslaw Castella:
no. Nicolao de Camyenyecz palatino
Cracouien et Campiductore generali re:
gni nostri. Nicolao de Lubrancz Pozna:
nien Nicolao de Dambrowycza Sandomi:
rien. Joanne Zaramba de Calynowa
Calisien. Ottha de Chodecz Russie Mar:
tino de Camyenyecz Podolie Nicolao
de Pylcza Belsen palatinis Luca de Gor:
ka Posnanien et Capitaneo maioris
Polonie generali Christoforo de Schydlo:
wyecz Sandomiriensi regnique nostri
Cancellario Andrea de Coszyolecz Woy:
niczen Thezaurario regni Zuppariique
ac procuratore generali Cracouiensi
Nicolao Jordan de Zaclyczyn Vyslynen
et Theloneatore Cracouien Nicolao de
Schidlowiecz Radomien et Succamerario
Cracouien Andrea de Tanczin Bieczen
Stanislao Zaroczki Zawysthosthensi
Castellanis Marsalco curie nostre.

1151. 121

Stanislao de Chodecz regni Marsalko
et capitaneo Leopolien Joanne Lyathal:
ski Gneznen Cracovien et Lancicien pre:
posito. Stanislao Zamosczki Secretarys
